Plorabas, cùm natus eras; fuit ergo voluptas,
Nulla tibi, nasci; cur dolet ergo mori?

197.

Disce, quid es, quid eris, memor esto, quòd morieris.

198.

Nemo potest scire, quis primus debet abire.
Der Tod ist gewiß, die Stund aber ungewiß.

199.

Vive Deo gratus, toti mundo tumulatus,
Pectore pacatus, semper transire paratus.

vel,

Vive Deo soli, quod amat caro, quærere noli.
Dien GOtt allein,
Die Welt laß seyn.

200.

Terminus est lusûs, quæris Dialecticè: quid sit
Terminus? Orbis hic est; *ter* nihilóque minùs.
Die Welt ist nichts und null,
Das lehren alle Schul.

201.

Sicut it, ire sinas; nam sicut it, ivit, & ibit.

202.

Ut nix, fallacis sic transit gloria mundi,
Solvitur in nihilum gloria, nix in aquam.
Dem April ist gleich die Welt,
Weils kein Bestand in sich hält.

203.
Nos aper auditu præcellit, aranea tactu,
Vultur odoratu, lynx visu, simia gustu.
Viel Thier haben scharffen Sinn,
Menschen-Vernunfft schwebt obenhin.

204.
Stultus stultitiam pingit ubique suam.
Er ist ein Narr, und bleibt ein Narr.

205
Nequam nequitiam monstrat ubique suam.

206.
Nec te collaudes, nec te culpaveris ipse,
Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

207.
Per barbam rubram debes cognoscere nequam.
Multi non rubram, sed habent cum crimine nigram.
Thu nicht allein den Rothbarth schelten,
Der schwartze Barth gerath auch selten.

208.
Non procul à proprio stipite poma cadunt.

vel

Sæpe solet similis filius esse patris.
Der Apffel fallt nicht weit vom Baum.

209.
Ex ovis pravis, non bona venit avis.
Schlimme Eltern, schlimme Kinder.

210.
Ferrum quando calet, cudere quisque valet.
Bey Zeiten muß man Hand anlegen.

211.
Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se.

Willst

Willst wissen, wer sey der Mann,
So sehe nur sein Gsellschafft an.

212.

Non intret molam, qui vult vitare farinam.
Wer will vor Unglück sicher seyn,
Der gehe nicht in die Gfahr hinein.

213.

Unica prava pecus, inficit omne pecus.
Ein räudigs Schaaf verderbt allein,
Ein gantze Heerde insgemein.

214.

Fistula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.
Wann man Vögel fangen will, muß man nicht mit Prüglen drein werffen.

215.

Non jacet in molli veneranda scientia lecto.
Die Weißheit muß man nicht aufm Stroh-Sack suchen.

216.

Parò doctus erit, qui semper *luedere* quærit.
Ein Esel wird seyn,
Der stets ist beym Wein.

217.

Ex nuce fit corylus, ex glande fit ardua quercus.
Ex parvo puero sæpe peritus homo.
Aus Kindern werden auch Leuth.

218.

Sunt pueri, pueri, pueri puerilia tractant.
Die Kinder müssen was zu spielen haben.

219.
Quales quisque sibi natos eduxit, habebit.
Wie man Kinder zieht, so hat mans.

220.
Spernitur in patria quivis, licèt ipse Propheta.
Sey er so heilig wie er will,
Sein Land wird ihn nicht loben viel.

221.
Patria dat vitam, rarò largitur honores;
Hos multò meliùs terra aliena dabit.
Willst du mit Ehren seyn bekannt,
Mach dich aus deinem Vatterland.

222.
Austria fert botros, dat juscula *Suevica* tellus,
Boica dat porcos, fert terra *Bohema* petraski.

223.
Si desint vires, vana est sine viribus ira.
Zorn und Macht,
Wird nur ausgelacht.

224
Si desint vires; tamen est laudanda voluntas.
Wann man schon thut im Werck nicht viel,
Ist doch zu loben der gute Will.

225.
Pauper ubique jacet, dum sua bursa tacet.
Wer nicht hat im Beutel Geld,
Wird veracht in gantzer Welt.

226.
Si careas ære, cupiet te nemo videre,
Bist du arm an Geld und Gut,
Niemand dich viel achten thut.

227.

Si tibi parva est res, & tibi magna quies.
Wer nicht viel hat, hat nicht viel Sorg.

228.

Si moritur dives, concurrunt undique cives,
Si moritur pauper, currit vix unus & alter.
Der Reiche ist überall angsehen,
Der Arme muß allzeit hint anstehen.

229.

Laudat adulator, sed non est verus amator.
Der viel treibet Schmeichlerey,
Ist gwiß kein rechter Freund darbey.

230.

Pelle sub agnina latitat mens sæpe lupina.
Es ist nicht alles Hönig, was süß ist,
Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem.
Er ist, wie man will, süß und saur.

231.

Surge puer, vigila, canta, lege, disce vel ora;
Sic fac, ut nulla sine fructu transeat hora.
Ein Knab dem Schlaff soll widerstehen,
Frühe aufstehn, und spath niedergehen,
Soll betten, lesen, lernen, singen,
Hiemit kein Stund ohn Frucht zubringen.

232.

Scribere scribendô, dicendô dicere disces.
Ubung bringt Kunst,
Kunst macht Gunst.

233.

Si cum profectu vis discere, disce precari,
Dimidium studii, qui pius orat, habet.
Wohl gebettet ist halb gstudiret.

219.

Quales quisque sibi natos eduxit, habebit.
Wie man Kinder zieht, so hat mans.

220.

Spernitur in patria quivis, licèt ipse Propheta.
Sey er so heilig wie er will,
Sein Land wird ihn nicht loben viel.

221.

Patria dat vitam, raró largitur honores;
Hos multò meliùs terra aliena dabit.
Willst du mit Ehren seyn bekannt,
Mach dich aus deinem Vatterland.

222.

Austria fert botros, dat juscula *Suevica* tellus.
Boica dat porcos, fert terra *Bohema* petraski.

223.

Si desint vires, vana est sine viribus ira.
Zorn und Macht,
Wird nur ausgelacht.

224

Si desint vires; tamen est laudanda voluntas.
Wann man schon thut im Werck nicht viel,
Ist doch zu loben der gute Will.

225.

Pauper ubique jacet, dum sua bursa tacet.
Wer nicht hat im Beutel Geld,
Wird veracht in gantzer Welt.

226.

Si careas ære, cupiet te nemo videre,
Bist du arm an Geld und Gut,
Niemand dich viel achten thut.

227. Si

242.

Audi, cerne, tace, cùm si vis vivere pace.
Viel hören, sehen, und wenig sagen,
Ist gut, und nutzt zu allen Tagen.

243.

Lusit in humanis divina potentia rebus.
GOtt spielt nur mit der Welt.

244.

Non omni socio cordis secreta revela.
Man muß nicht jeden alles auf die Nase binden.

245.

Eximia est virtus, præstare silentia rebus,
At contrà gravis est culpa, tacenda loqui.

246.

Non ulli tacuisse nocet; nocet esse locutum.
Stillschweigen ist ein Kunst,
Viel Reden macht Ungunst.

247.

Non opus est multis sapienti dicere verbis.
Dem Gelehrten ist gut predigen.

248.

Fit nihil ex nihilo: summus Philosophus inquit.
Aus Nichts, wird nichts.

249.

Non est consultum super ova ponere stultum.
Einem Narren soll man kein Geschäfft anvertrauen.

250.

Reddunt delirum fœmina, vina, virum.
Durch den Wein und Weiber-List,
Mancher Weiser bethört ist.

251.
Conveniunt rebus nomina sæpe suis.
Man führt offt den Nahmen in der That.

252.
Dat veniam corvis, vexat censura columbas.
Kleine Dieb henckt man, die grosse last man lauffen.

253.
De malè quæsitis, non gaudet tertius hæres.
Unrechts Gut, thut kein gut.

254.
Deserit ille suos nunquam, qui cuncta gubernat.
GOtt verlast die Seinige nicht.

255.
Deficit ambobus, qui vult servire duobus.
Niemand kan zwey Herren dienen.

256.
Dupliciter peccat, qui se de crimine jactat.

257.
Donec eris felix, multos numerabis amicos;
Temporo si fuerint nubila, solus eris.

vel,

Tempore felici, multi numerantur amici,
Dum Fortuna perit, nullus amicus erit.
In Elend, in Gfahr, und in der Noth,
Gehen der Freund tausend auf ein Loth.

258.
Ex minimo crescit, sed non citò fama quiescit.
Man kommt bald ins Geschrey, aber langsam heraus.

259. Fe-

259.

Felix, *quem faciunt aliena pericula cautum.*
Fremde Schäden sollen witzig machen.

260.

Frangenti fidem, fides frangatur eidem.
Wurst, wider Wurst.

261.

Fallitur augurio spes bona sæpe suô.
Die Hoffnung fallt offt in Brunnen.

262.

Gutta cavat lapidem, non vi, sed sæpe cadendô;
Sic homo fit doctus, non vi, sed sæpe studendô.
Nach der Zeit, kommt man auch weit.

263.

Interpone tuis interdum gaudia curis.
Bißweilen muß man lustig seyn.

264.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis.
Wann dem Esel wohl ist, so gumpet er.

265.

Redditur invalidus, nimium si tenditur arcus.
Man muß der Sach nicht zu viel thun.

266.

Incidit in scyllam, qui vult vitare charybdim.
Er weicht dem Fuchsen aus, und gerathet unter die Wölff.

267.

Laudari est, homini displicuisse malo.
Ein böser Mensch kan nichts, als Böses reden.

268.

Laudat venales, qui vult extrudere merces.
Ein jeder Kramer lobt sein Waar.

269.

Me mea delectant, te tua, quemque sua.
Ein jeden Lappen gfallt sein Kappen.

270.

Navita de ventis, de tauris narrat Arator:
Enumerat miles vulnera, pastor oves.
Ein jeder redt von seinem Handwerck.

271.

Non est ex horto flosculus ille tuo.
Dieses Werck ist nit von dir.

272.

Non clamor, sed amor clangit in aure Dei.
GOtt gibt nicht acht aufs Gschrey, sondern aufs Ey.

273.

Nil juvat amissô claudere septa grege.
Wann die Kuh aus dem Stall ist, so macht man zu spath die Thür zu.

274.

Omnia si perdas, famam servare memento.
Qua semel amissâ, postea nullus eris.
Den ehrlichen Nahmen verliehren, ist alles verliehren.

275.

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

276.

Omnia conandô docilis solertia vincit.
Lust und Lieb zu einem Ding,
Macht alle Müh und Arbeit gring.

277. Prin-

277.

Principium fervet; medium tepet, ultima frigent.

Im Anfang warm, im Mittel arm, zu End daß GOtt erbarm.

278.

Conscius ipse sibi de se putat omnia dici.

Den das G'wissen druckt, der meynt, es sey alles auf ihn geredet.

279.

Per pisces & aves, multi periêre scholares.

Fisch fangen und Vögel stellen,
Verderbt manchen guten G'sellen.

280.

Principiis obsta, serò medicina paratur,
Cùm mala per longas invaluêre moras.

Man muß dem Ubel gschwind vorkommen.

281.

Qui procul ex oculis, procul èst ex lumine cordis.

Aus den Augen, aus dem Sinn.

282.

Quidquid agant homines, intentio judicat omnes.

An der Meynung liegt alles.

283.

Quod parcus servat, prodigus ore vocat.

Der Spahrer muß einen Anwehrer haben.

284.

Quidquid agis, prudenter agas, & respice finem.

Wo man sich immer hinwendt,
Soll man betrachten das End.

285.

Quæ superare potes, interdum vince ferendô.

Nachgeben ist auch ein Kunst.

286.

Quisquis amat ranam, ranam, putat esse Dianam.

Ein jeder meynt, er hat das schönste.

287.

Simplex apparet; simplicitate caret.

Er kommt ein'm vor, als könnt er nit fünffe zehlen.

288.

Si quæratur honos, non fugiatur onus.

Würde, Bürde.

289.

Capta avis est melior, quàm mille in gramine ruris.

Es ist besser, man hats, als häts.

290.

Sunt bona mixta malis, sunt mala mixta bonis.

Es geht bald gut, bald böß.

291.

Sæpius insontem noxia culpa premit.

Der Unschuldige muß offt mit dem Schuldigen leiden.

292.

Sæpe leves pariunt bella cruenta joci.

Aus Schertz wird offt Ernst.

293.

Si *nisi* non esset, perfectus quilibet esset;
Sed pauci visi, quid caruêre *nisi*.

Niemand ist ohne Tadel.

294.
Si fueris Romæ, Romanô vivito more;
Si fueris alibi, vivito ſicut ibi.
Man muß ſich in die Fremde ſchicken.

295.
Cede repugnanti, cedendô victor abibis.
Der Geſcheide gibt nach.

§. 3.

Termini Philoſophici, in Rerum diſtinctione uſitati.

1. A*bſolutè*: & *comparatè*. Tunc res *abſolutè* ſumitur, quando conſideratur univerſim ſine reſtrictione aut comparatione, & ſic *Deus* abſolutè eſt bonus. *Comparatè* verò ſumitur res: quando conſideratur ad aliam comparata, & hoc vel illo modo accipitur; ſic Amberga *abſolutè* eſt magna civitas, *comparatè* verò reſpectu Romæ, Pragæ &c eſt parva.

2. *Abſolutè neceſſarium*, & *ex hypotheſi neceſſarium*. Illud *abſolutè neceſſarium* dicitur, quod ſpectatâ rei naturâ neceſſario exigitur, ſic homo eſt *abſolutè* animal rationale &c. *Ex hypotheſi neceſſarium* tunc eſt, quando ſpectatâ rei naturâ, poteſt quidem aliter ſe habere; ex aliquo tamen præſuppoſito, neceſſariò ſe ita habet, ſic totus mundus, ex ſuppoſito, quod ſit productus, & à Deo conſervetur, neceſſario exiſtit &c.

3. In

3. *In actu primo, & in actu secundo.* Res esse dicitur *in actu primo*, quando habet capacitatem & aptitudinem ad recipiendam aliquam formam, sic Logicus *in actu primo* est Philosophus &c. Si verò adsint omnes conditiones ad formam recipiendam requisitæ, tunc dicitur: *Actus primus proximus*; si autem conditiones illæ non adsint, tunc apellatur *actus primus remotus*, sic Logicus est Theologus. *In actu secundo*, sive *actus secundus* est, qui denotat denominationem, quam subjectum actu habet ab illa forma præsente. Sic Logicus *in actu secundo* habet Logicam. Breviùs: *in actu secundo* idem est ac *actu*, & in *actu primo*, idem ac *potentiâ*.

4. *In actu signato, & exercito.* In actu *signato* res propriè est, quando expressa intentio antecedit opus. In actu *exercito*, seu *implicitè* res fit, quando opus sine reflexa intentione exercetur; sic qui peccat mortaliter, *in actu exercito* vult damnari.

5. *A priori & posteriori:* à *priori* est, quando cognoscitur, vel probatur effectus à causa, aut proprietas ex essentia, v. g. ex essentia solis cognosco, & demonstro diem esse. *A posteriori* verò est, si ab effectu cognosco, vel demonstro causam, ùt ex fumo ignem: à Creaturis verum Creatorem.

6. *Mediatè & immediatè*: *Immediatè* est, quando nihil intercedit inter rem & rem, quæ attingit, & attingitur, ùt si nudè, ùt est in se,

teneo

teneo vitrum, dicor illud *immediatè* tenere, si verò involutô linteô teneo, dicor *mediatè* illud tenere, nimirùm mediante linteo.

7. *Intuitivè*, *&* *abstractivè*. *Intuitivè* est, quando rei videmus proprietates & essentias; ùt Beati in Cœlo vident Deum intuitivè, id est, à facie ad faciem. *Abstractivè* est, quando rem cognoscimus ut sic, id est, in communi, abstrahendo à distinctione, vel divisione.

8. *In gradu intenso*, *&* *remissô*. *In gradu intenso*, idem est, ac in gradu summo: *in gradu remissô*, idem ac, in gradu non summo. v. g. calor & frigus in aqua, non possunt simul existere, *in gradu intenso*; bene verò *in gradu remisso*, nempe calor ùt sex, & frigus ùt duo.

9. *In eodem genere*, *&* *diverso genere*. *In eodem genere* dicitur de causis, quòd illa causa, quæ potest producere effectum majorem, possit etiam producere minorem, si nempe effectus sint in eodem genere causæ; non verò, si sint in diverso genere causæ.

10. *Certum moraliter*, *physicè &* *metaphysicè*. *Moraliter certum* est, quod communiter in his circumstantiis evenire solet; vel quod secundùm prudentûm æstimationem fit. *Physicè certum* est, quod per sensus externos constat. *Metaphysicè certum* est, quod intellectâ rei essentiâ, per se evidens est.

11. *Collectivè*, *&* *distributivè*. Numerus *collectivè* sumitur, quando secundùm omnia simul

3. *In actu primo, & in actu secundo.* Res esse dicitur *in actu primo*, quando habet capacitatem & aptitudinem ad recipiendam aliquam formam, sic Logicus *in actu primo* est Philosophus &c. Si verò adsint omnes conditiones ad formam recipiendam requisitæ, tunc dicitur: *Actus primus proximus;* si autem conditiones illæ non adsint, tunc apellatur *actus primus remotus*, sic Logicus est Theologus. *In actu secundo*, sive *actus secundus* est, qui denotat denominationem, quam subjectum actu habet ab illa forma præsente. Sic Logicus *in actu secundo* habet Logicam. Breviùs: *in actu secundo* idem est ac *actu*, & in *actu primo*, idem ac *potentiâ*.

4. *In actu signato, & exercito.* In actu *signato* res propriè est, quando expressa intentio antecedit opus. In actu *exercito*, seu *implicitè* res fit, quando opus sine reflexa intentione exereetur; sic qui peccat mortaliter, *in actu exercito* vult damnari.

5. *A priori & posteriori: à priori* est, quando cognoscitur, vel probatur effectus à causâ, aut proprietas ex essentia, v. g. ex essentia solis cognosco, & demonstro diem esse. *A posteriori* verò est, si ab effectu cognosco, vel demonstro causam, ùt ex fumo ignem: à Creaturis verum Creatorem.

6. *Mediatè & immediatè*: *Immediatè* est, quando nihil intercedit inter rem & rem, quæ attingit, & attingitur, ùt si nudè, ùt est in se,

teneo

teneo vitrum, dicor illud *immediatè* tenere, si verò involutô linteô teneo, dicor *mediatè* illud tenere, nimirùm mediante linteo.

7. *Intuitivè*, & *abstractivè*. *Intuitivè est*, quando rei videmus proprietates & essentias; ùt Beati in Coelo vident Deum Intuitivè, id est, à facie ad faciem. *Abstractivè* est, quando rem cognoscimus ut sic, id est, in communi, abstrahendo à distinctione, vel divisione.

8. *In gradu intenso, & remisso*. *In gradu intenso*, idem est, ac in gradu summo: *in gradu remisso*, idem ac, in gradu non summo. v. g. calor & frigus in aqua, non possunt simul existere, *in gradu intenso*; bene verò *in gradu remisso*, nempe calor ùt sex, & frigus ùt duo.

9. *In eodem genere, & diverso genere*. *In eodem genere* dicitur de causis, quòd illa causa, quæ potest producere effectum majorem, possit etiam producere minorem, si nempe effectus sint in eodem genere causæ; non verò, si sint in diverso genere causæ.

10. *Certum moraliter, physicè & metaphysicè*. *Moraliter certum* est, quod communiter in his circumstantiis evenire solet; vel quod secundùm prudentûm æstimationem sit. *Physicè certum* est, quod per sensus externos constat. *Metaphysicè certum* est, quod intellectâ rei essentiâ, per se evidens est.

11. *Collectivè*, & *distributivè*. Numerus *collectivè* sumitur, quando secundùm omnia simul

mul collecta accipitur. *Distributivè* verò, quando quodlibet seorsum & singulatim consideratur; sic numerus Apostolorum *collectivè* est duodenarius; non verò *distributivè*.

12. *In sensu composito, & diviso. Sensus compositus* est, quando aliquid cum alio ita conjungitur, ut, si fiat aliqua separatio, tunc non amplius maneat idem sensus. *Sensus divisus* verò fit, cum aliquid ab alio separatur, ita, ut non sit amplius idem sensus, sed divisus; sic Mendicus & Cæsar sunt divites *in sensu composito*: non verò *in sensu diviso*, si nimirum Mendicus separetur à Cæsare.

13. *Directè & indirectè.* Illud *directè* intenditur, quod primariò, principaliùs & ratione sui spectatur. *Indirectè* autem, quod secundariò & ratione alterius, cum quo est connexum, intenditur; sic qui accendit candelam, ut videatur, *dirctè* vult lucem; *indirecte* verò calorem, cum ea luce connexum.

14. *Formaliter & fundamentaliter. Formaliter* est, quando sensus est, ipsam rei formam adesse. *Fundamentaliter & radicaliter*, quando forma nondum quidem adest, adest tamen fundamentum, & radix illius formæ.

15. *Formaliter & virtualiter.* Dicitur aliquid esse *formaliter tale*, quando revera in actu secundo habet hanc formam, quæ prædicatur de subjecto; sic ignis est *formaliter* calidus. *Virtualiter* dicitur, quando res verè in se non habet illam formam, potest tamen illam pro-

producens; & sic sol dicitur calidus *virtualiter*, quia licèt sol verè in se non habeat calorem, potest tamen illum producere.

16. *Formaliter* nonnunquam etiam sumitur pro tò *explicitè, expressè & distinctè*, econtrà autem *virtualiter* pro *implicitè* ac *æquivalenter*; sic duo ducati sunt *virtualiter*, aut *æquivalenter* octo floreni.

17. *Formaliter, & eminenter. Formaliter* accipitur pro ipsa re, prout est in se; sic *formaliter* continetur effectus, qui verè sic continetur, sicut voce significatur. *Eminenter* autem cotinetur effectus, quando perfectiore & præstantiore modo est in causâ; sic homo *formaliter* est discursivus, Angelus *eminenter*.

18. *Formaliter*, adhuc tripliciter sumi potest, 1. Illa enim *formaliter* distinguuntur, quæ habent diversas essentias, & rationes formales completas, v. g. homo *formaliter* distinguitur ab equo. 2. Quæ habent diversas formas accidentales; sic paries albus *formaliter* distinguitur à nigro. 3. Quæ habent diversas formalitates, ut animalitas & rationabilitas.

19. *Intrinsecè, & extrinsecè. Intrinsecè* strictè sumptum est, quod convenit rei ex natura sua tanquam pars essentialis illius atque adeò idem est, ac essentialiter, ex natura, aut essentiâ suâ. *Extrinsecè* significat idem, quod *per accidens, ab extrinseco* adveniens; sic homo est *intrinsecè* rationalis, *extrinsecè* verò niger vel albus, longæ vel parvæ staturæ.

20. *Per se & per accidens. Per se* convenit, quod ex intrinseca ratione convenit. *Per accidens* autem, quod contingenter, & ab extrinseco convenit.

21. *Simpliciter, & secundùm quid. Simpliciter* dicitur, quando aliquid est tale secundùm omnes partes, adeóque idem est, ac *totaliter, absolutè &c. Secundùm quid* autem dicitur, quando aliquid est tale secundùm aliquam restrictionem. Sic actus ille, qui eleemosynam dat propter Christum, est actus *simpliciter* bonus, qui verò ex vana gloria elargitur, est bonus solùm *secundùm quid.*

22. *Conditionatè, contingenter, & efficienter. Conditionatè* est, quando aliquid fit, vel promittitur cum quadam conditione; ùt si cras serena tempestas, ambulabimus. *Contingentèr* est, quod potest adesse, vel abesse; seu quod non est necessarium, ut hominem curare, est contingens. *Efficienter* est, quod tanquam causa efficiens producit effectum, ut ignis facit *efficienter* calidum.

23. *Principaliter & instrumentaliter. Principaliter est*, quando causa causat per virtutem propriam. *Instrumentaliter*, quando causat per virtutem acceptam ab alio; sic scriptor *principaliter* scribit, calamus verò *instrumentaliter.*

24. *Realiter & Ratione. Realiter illud* alicui convenire dicitur, quod convenit rei à parte rei secundum se, independenter ab intellectu; sic

sic homini convenit rationale; *Ratione* verò aliquid convenit rei, quando tantùm dependenter ab intellectu nostro ei convenit, ut Petro prædicatum & subjectum.

25. *Speculativè, & practicè* operari. *Speculativè*, est operari per intellectum, per alias verò potentias fit operatio practica.

26. *Negativè, privativè, positivè*. Illud dicitur *negativè*, quod aliquam quidem formam vel qualitatem non habet, habet tamen potentiam, recipiendi hanc formam, sic infans est probus *negativè*, non verò *positivè*; nam homo *positivè* pius est, quando agit opera pia. *Privativè*, autem illud dicitur, quod omninò non habet potentiam, recipiendi ejusmodi formam, vel qualitatem; sic lapis est rationalis *privativè*.

§. 4.

Axiomata Philosophica.

1. *Abstrahentium non est mendacium.*

Idest: non affirmantium, neque negantium nullum est mendacium; quia intellectus per apprehensionem abstrahendo unum ab alio, & illud separatim purè contemplandô, nullam falsitatem committit; veritas enim & falsitas non est in apprehensione, sed in judicio.

2. *Ab actu ad potentiam est bona argumentatio.*

Axioma hoc ex ſe patet; nam optimè argumentari potero: Petrus actu portat centum pondo; ergo poteſt portare centum pondo.

3. *A potentia ad actum non valet conſequentia.*

Non enim inferre poſſum: Petrus poteſt portare centum pondo, ergo portat centum pondo.

4. *Generatio unius, eſt corruptio alterius.*

Quod quidem in ſenſu formali, verificari nequit, ſed tantùm in ſenſu cauſali, & concomitante, quatenus nimirum forma genita, in eodem ſubjecto, cum priore nequeat componi; ſic generatio ignis ex ligno, eſt corruptio ligni.

5. *Omnis cauſa eſt prior ſuo effectu.*

Et hæc eſt prioritas naturæ; quia effectus dependet in ſuo eſſe ab influxu cauſæ. Cæterùm non omnis cauſa eſt prior tempore ſuo effectu; ùt patet in ſole, qui ſtatim in primo momento ſuæ exiſtentiæ produxit lucem:

6. *Cauſa eſt nobilior & perfectior ſuo effectu.*

Quia, cùm effectus in ſua entitate à cauſa ſua dependeat; & non viciſſim, ſic hoc modo & ratione dependentiæ cauſa eſt nobilior effectu, dependentia enim dicit indigentiam, indigentia autem imperfectionem, uti patet.

7. *Quædam cauſæ ſunt ſibi invicem cauſæ.*

Hoc eſt: una cauſa producit aliam in diverſo genere cauſandi, non autem in eodem genere; uti patet in cauſa finali & efficiente. Nam ſanitis ſperata, tanquam finis facit, ut

ægro-

ægrotus sumat medicinam; medicina verò sumpta efficit sanitatem.

8. *Nihil potest esse causa sui ipsius.*

Quia aliàs idem esset simul causa & effectus sui ipsius, quod fieri non potest.

9. *Quidquid est causa causantis, etiam est causa causati.*

Hæc sententia non verificatur universaliter de causis & effectibus liberis, sed potiùs de necessariis. Nam Deus est causæ potentiarum animæ nostræ, videlicet intellectus & voluntatis &c. & tamen non censetur esse, causa causati per voluntatem liberam, nimirùm operationis malæ & peccaminosæ.

10. *DEUS & natura nihil faciunt frustra.*

Hujus sententiæ veritas patet in effectibus per se, hoc est, qui à natura per se intenduntur; secus in effectibus per accidens, qui præter intentionem naturæ producuntur; in his enim potest natura aliquid superflui facere; ùt patet in gibboso, cui frustra & superfluè monticulum supra tergum natura imponit. Quamquam ne ista quidem sint planè frustranea & superflua; cùm saltem hoc modò rectorum pulchritudo meliùs appareat.

11. *Frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora,* vel, *Entia sine necessitate non sunt multiplicanda.*

Unde frustra ac superfluè plura media ordinantur ad aliquem finem, si is æquè facilè per pauciora obtineri queat.

12. *Ex nihilo nihil fit.*

Ex nihilo, id est, ex nullo præsupposito subjecto, nihil fit. Itaque ut creaturæ aliquid producant, debent habere præsuppositum subjectum, in quod agant, ut experientia testatur. Solus Deus potest creare, seu rem producere ex nihilo sui, vel ex nihilo subjecti.

13. *Qui potest majus, potest etiam minus.*

Si nimirum illud majus & minus sint in eodem genere. Unde qui potest portare bovem, potest etiam portare vitulum. E contrario, qui potest producere, seu generare hominem, non ideò potest producere aurum, licèt homo sit major & perfectior aurô: quia homo & aurum non sunt in eodem, sed in diverso genere.

14. *Magis & minùs non mutant speciem.*

Quod intelligitur secundùm partes integrales, & quoad gradus intensionis; sic majus frigus & minus frigus sunt perinde frigora similia in specie. Non igitur intelligenda est hæc sententia secundùm partes essentiales; cùm enim essentiæ rerum sint indivisibiles; ideò magis aut minùs habere nequeant.

15. *Quidquid recipitur, per modum recipientis recipitur.*

Hoc est, quòd forma in tantum recipiatur, in quantum subjectum est capax & proportionatum.

16. *Quod rarum, id charum.*

Per rarum hic intelligitur illud solum, quod bonum est. Unde hæc sententia non debet universaliter intelligi; aliàs posset quis talem con-

conficere rationem : furi patibulum evenit rarò, ergò charum est illi.

17. *Contrarium eadem est disciplina.*

Hoc est, ad eandem facultatem & scientiam spectat, ut, dum agit de uno objecto, agat etiam de illius contrario; *quia contraria juxta se posita magis elucescunt*; sic Logica agit de vero & falso.

18. *A potiori fit denominatio.*

A potiori, id est, à nobiliori forma desumi potest denominatio, quando illa est subjecto essentialis, & nihil absurdi exinde sequitur; sic ab anima rationali, homo rationalis nominatur.

19. *Contraria non possunt esse simul in eodem subjecto.*

Quod intelligi debet de contrariis in statu perfecto, non de contrariis in statu imperfecto & remisso. Sic in eâdem aqua calida ùt octo, & in summo gradu, non potest esse simul frigus, ast calor ùt 4. & frigus ùt 4. possunt simul esse in eadem aqua, ùt plerumque accidit, quando illa est accuratè tepida.

20. *Simile non agit in simile.*

Quia agens agendo intendit sibi assimilare passum; ergò si illud jam est perfectè simile, non agit; quia tunc cessat finis agendi, qui est, assimilare passim.

21. *Sublatâ causâ tollitur effectus.*

Quia effectus dependet ab influxu causæ; sic, si candela ardens de nocte in cubiculo extinguatur, perit illuminatio cubiculi.

22. *Totum est majus sua parte.*

Quia totum præter unam partem, includit etiam alteram compartem. Verum sententia hæc ulteriore non indiget explicatione, quia lumine naturali patet.

23. *Intellectus extensione fit practicus.*

Hoc est, intellectus, quatenus se extendit ad aliquod opus faciendum, est practicus; non tamen ita intelligenda est hæc sententia (uti volunt Thomistæ) quòd nullus detur internus actus intellectualis practicus; nam etsi intellectus sese extendendo sit practicus, attamen non solâ extensione, sed etiam in suis actibus internis est practicus; uti docent politiores Philosophiæ cultores.

24. *Intellectus intelligendo fit omnia.*

Non quidem realiter, sed intentionaliter. Sicut materia recipiendo formam bovis, physicè fit bos; sic intellectus recipiendo formam intelligibilem, sive speciem bovis, lapidis &c. fit intentionaliter bos, lapis &c.

25. *Frustra est potentia, quæ nunquam redigitur in actum.*

Hoc potissimum intelligi debet de potentiis & causis necessariis; at verò in causis liberis res aliter se habet; possum enim jam libere proficisci Calecutum, ubi piper crescit: possum item dare nomen Militiæ &c. & tamen hujusmodi potentiæ nunquam rediguntur in actum, neque propterea censentur esse frustraneæ.

26. *Nobilius est agere, quàm pati.*

Saltem in physicis; in moralibus autem hoc non semper locum habet; quia nobilius est amari, quàm amare; nemo enim verè amatur, nisi propter aliquam, quâ fruitur, excellentiam.

27. *Actiones sunt suppositorum.*

Hujus sensus est, quòd agens, ut denominetur operans, debeat habere completam naturam & substantiam; suppositum autem, sive substantiæ, est ultimum naturæ sive substantiæ complementum. Adeóque actiones sunt suppositorum, denominativè tantùm; quia ut agamus, debemus existere, & completam naturam habere; nam operari sequitur adesse.

28. *Consuetudo est altera natura.*

Hoc est, consuetudo imitatur naturam per suam diuturnitatem, firmitatem & constantiam; defixa enim semel sua radice, vix eradicari potest, ita, ut illæ actiones vel passiones ex consuetudine ortæ, tanquam ab ipsa natura genitæ videantur.

29. *Dici præsupponit esse.*

Hoc est, ut aliquid de aliquo dicatur, & prædicetur tanquam de subjecto, præsupponi debet, quòd insit, & ei conveniat; sic falsa est hæc prædicatio: homo est hinnibilis; quia hinnibilitas nullo modo homini inest, hinc dicere solemus: modus cognoscendi sequitur modum essendi.

30. *Forma dat esse rei.*

Hoc est: forma determinat materiam ad certum modum essendi, & in certa specie physica constituit, ita ut per talem determinationem totum compositum acquirat suam denominationem intrinsecam & essentiam. Est enim forma, quasi complementum & ultimum id, quo posito in materia, eo ipso & sine ullo medio res constituitur in esse specificè.

§. 2.

Axiomata Juridica.

1. *Qui suo jure utitur, nemini facit injuriam.*

Hoc est, qui facit id, ad quod legitimam potestatem & dominium accepit, nemini occasionem præbet de injuria illatâ conquerendi, etiamsi per accidens illi damnum ex alterius actione sequatur.

2. *Scienti & consentienti non fit injuria.*

Procedit, si sponté & liberè consentit, qui dicto modo consentit, videtur jus suum aut omninò abjicere, aut certè in alium transferre, ergo ob defectum juris non potest injuriam pati.

3. *Juri suo renuntiare præsumitur, qui juri suo contrarium facit.*

Hoc est, qui actum aliquem cum jure, quod priùs habuit, aut habere poterat, incompassibilem facit, hoc ipso juri suo renuntiare præsumitur.

4. *Vim*

4. *Vim vi repellere licet.*

Hoc est, quando aliquis violenter alium, aut bona illius invadit, potest se, aut bona sua cum moderamine inculpatæ tutelæ defendere.

5. *In necessitate extremâ, omnia sunt communia.*

Hoc est, quando aliquis non potest mortem aliter evadere, nisi aliena bona usurpet, potest ea sine alterius injuria assumere ad vitam suam conservandum.

6. *Qui prior est tempore, potior est jure.*

Hoc est, quando aliquis acquisivit jus ad rem aliquam, tunc in possessione juris talis præfertur omnibus, qui simile jus ad eandem rem post ipsum acquisivisse videntur, nisi aliud jura statuant.

7. *Nemo potest plus juris transferre in alium, quàm ipse habet.*

Quia nemo dat quod non habet; ergo nec plus dare potest, quàm habet.

8. *Paria delicta mutuâ compensatione tolluntur.*

Unde v. g. is, qui graviter alteri detraxit, liberatur ab onere restitutionis, si ab eo, cui detraxit, simili modo infamatus est.

9. *Nemo Judex esse potest in propria causa.*

Nisi sit ipse Judex supremus, aut causa manifesta sit atque notoria, aut Ecclesiam propriam concernens.

10. *De occultis non judicat Prætor.*

Hoc est, de iis actionibus, quæ exteriori aliquo signo vel indicio non producuntur, nullus Judex præsumere debet, sententiam ferre.

11. *Judex non tenetur exprimere causam suæ sententiæ.*

Procedit de necessitate; secus autem est de honestate, & consilio.

12. *Promptiora sunt jura ad absolvendum quàm ad condemnandum.*

Quia Judicia hoc ipso, quòd humana sint, debent etiam humanô modô administrari; talis autem est, si attenta fragilitate hominum benignitas, æquitásque juri præferatur.

13. *Cùm partium jura sunt obscura, Reo potiùs favendum est, quàm Actori.*

Hoc est, quando Actor aut nihil probat, aut non nisi æqualiter probabiles rationes affert, tunc pro ipso Reo potiùs ferenda est sententia, quàm pro Actore.

14. *Non debet censeri sententia Judicis rata, quæ non fertur secundùm allegata & probata.*

Unde, etiamsi Judex privatâ notitiâ aliquem reum esse cognoverit, non potest tamen eum condemnare, si juridicè innocens sit probatus.

15. *Propria Confessio est optima probatio.*

Unde, si quis in judicio crimen suum ultrò, & sponte fatetur, necesse non est, ut Judex ulteriorem probationem exigat, sed potest mox ad sententiam ferendam procedere;

dere; cùm nemo censeatur spontè sibi injuriam facere.

16. *Unus testis, nullus testis.* vel, *Vox unius, vox nullius*, vel, *Non in unius, sed in ore duorm, vel trium stat omne verbum.*

Hoc est, quando probatio aliqua per testes facienda est, tunc licet adsit unus testis omni exceptione major, tam parùm tamen sufficiet ad probationem plenam faciendam, quàm si nullus adesset, nisi sint causæ non judiciales, & non præjudicantes tertiæ personæ.

17. *Testis consanguineus esse non potest.*

Procedit regulariter; fallit autem, quando factum est tale, quod per alios probari non potest. Unde pater potest esse testis super ætate filii.

18. *Testis criminosus esse non potest.*

Procedit, si crimen grave est & notorium; secus autem, si leve sit & occultum.

19. *Testis familiaris esse non potest.*

Nisi familiaris, id est, de familia esset laudabilis, & approbatæ vitæ; quia talis potest esse testis.

20. *Testis in causa propria nemo potest esse.*

Procedit, quando causa est principaliter propria, secùs autem, si sit secundariò.

21. *Testis in Testamento mulier esse non potest.*

Potest autem testis esse in codicillis: item in testamento inter liberos condito.

22. *Plus creditur duabus testibus affirmantibus, quàm mille negantibus.*

Hoc

Hoc est, quando duo testes omni exceptione majores affirmant, se aliquid sensu proprio percepisse, tunc etsi alii absolutè negent, se id scire, plus illis duobus, quàm omnibus negantibus credendum est.

23. *Res judicata pro veritate accipitur.*

Hoc est, quando sententia semel à Judice lata est, & probari non potest manifestè nullam aut notoriè injustam esse, tunc illi perinde, ac ipsi veritati acquiescendum est.

24. *In dubio melior est conditio possidentis.*

Hoc est, quando neutra pars, quæ de aliqua re litigat, ostendere potest probabilibus argumentis, rem illam deberi; aut probabilitas argumentorum utrobique est æqualis, tunc illi res adscribenda est, qui actu illam bona fide possidet.

25. *Non exemplis, sed legibus judicandum.*

Procedit in malis exemplis, unde non attendendum est, quid Antecessores judicaverint, sed quid legum æquitas hic & nunc requirat.

26. *Inferior non potest dispensare in lege superioris.*

Nisi in quantum ab ipso dispensandi potestatem accepit.

27. *Ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.*

Hoc est, quando lex generaliter aliquid decernit, nullámque inter res aut personas distinctionem facit, neque nos distinguere, &

& talem legem ad hos potiùs, quàm alios casus aut personas extendere debemus.

28. *Consuetudo est optima legis interpres.*

Hoc est, quando non satis constat, an & quomodo lex aliqua in hoc vel illo recepta sit, optimum est consilium, recurrere ad consuetudinem. Unde in Germania licet sine ullo scrupulo in Quadragesima Lacticiniis vesci, eò quòd lex jejunii in illa non sit aliter recepta.

29. *Consuetudo est altera lex.* vel, *Consuetudo tollit legem.*

Si consuetudo est rationabilis, & præscripta; aliàs non tollit legem, eidemque præjudicare non potest.

30. *Principale trahit ad se accessorium.* vel, *Accessorium sequitur suum principale.*

Procedit, si accessorium continetur in principali; secus autem, si separatum sit. Vel procedit, nisi accessorium esset majus & pretiosius suo principali.

31. *Actor sequitur forum rei.*

Procedit in actione personali; secùs tamen est in reali, quia attenditur locus, ubi res sita est.

32. *Actore non probante, absolvendus est reus.*

Procedit, nisi præsumptio aut suspicio contra reum sit, quia tali casu onus probandi transfertur in reum.

33. *Qui sentit commodum, sentiat & onus.* vel, *Commoda qui sentis, jungas onus emolumentis.*

Pro-

Procedit, nisi, qui emolumentum habet, per alium onus sustineat; nam qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.

34. *Affirmanti incumbit probatio.*

Non autem neganti; qui enim negat, non tenetur probare.

35. *Afflictis non est addenda afflictio.*

Procedit regulariter; fallit autem, si tractetur de alterius præjudicio: vel de publicà utilitate. Vel si una veniat in consequentiam alterius.

36. *Agentes & consentientes pari pœna puniuntur.*

Procedit, si consentiens poterat prohibere, & non prohibuit.

37. *Lite pendente nihil innovandum.* seu, *Appellatione pendente nihil est innovandum.*

Procedit, nisi malitiose quis appellaverit.

38. *Beneficium ad successorem transit cum suo onere.*

Unde Prælatus, vel alius Beneficiatus in Ecclesia, vel beneficio succedens, tenetur solvere debita, ab Antecessore in utilitatem Ecclesiæ contracta.

39. *Nemo præsumitur malus, nisi probetur.*

40. *Bonus præsumitur, qui de bono genere natus est.*

Procedit in dubio, & nisi contrarium constet, prout contrarium multocies accidere solet.

41. De-

41. *Delegatus subdelegare non potest.*
Procedit in delegato Judicis inferioris: secùs *autem* est in delegato Principis; quia ex causa subdelegare potest.

42. *De duobus malis minimum est eligendum.*
Procedit in malis pœnæ, prout in damnis, periculis & hujusmodi; secùs autem est in malis culpæ, hoc est in peccatis; quia nemo de malis culpæ etiam minimum eligere debet.

43. *De modicis non est curandum. Item: de minimis non curat Prætor.*
Procedit, nisi modica essent essentialia, vel multa; quia multa modica faciunt unum satis.

44. *Donatio inter virum, & uxorem non valet.*
Procedit in donatione inter vivos; secus autem est in donatione mortis causâ, quia talis valet.

45. *Facta infecta esse non possunt.*
Procedit, nisi aliquid contra leges vel bonos mores fiat; quia pro infecto habetur.

46. *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*
Procedit regulariter, & in dubio; fallit autem, si causa urgens subsit aliquid præsumendi.

47. *Frangenti fidem, fides frangi potest.* vel: *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.*
Procedit, nisi quis ex justa causa fidem frangere compulsus sit.

48. *Homicidium casuale non inducit irregularitatem.*

Procedit, si ille, qui homicidium casuale perpetravit, dedit operam rei licitæ; secùs est, si quis dat operam rei illicitæ.

49. *Ignorantia facti excusat.*

Hoc est, quando aliquis facti alieni ignòrantiam probabilem, & non omninò supinam habet, & ex causa hujus ignorantiæ errorem aliquem admittit, non potest in tali casu culpa ei adscribi.

50. *Ignorantia juris neminem excusat.*

Quia, cùm jus finitum sit, adeóque ab omnibus intelligi, aut saltem peritiores de eo consuli posse præsumatur; meritò nullam excusationem afferre illius ignorantia dicitur. Secùs est in ignorantia facti alieni, hoc enim, cùm multiplex & quasi infinitum sit, facilè etiam prudentissimum quemque fallere potest.

51. *Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda.*

Nisi restringatur per aliam legem, specialiter loquentem, generi enim per speciem derogatur.

52. *Metus vitiat contractum.*

Si nimirum aliquis cogitur per metum, qui cadere potest in constantem virum, ùt metus mortis, carceris, stupri, servitutis & hujusmodi, quando autem talis metus non est, tunc non vitiat contractum.

53. *Necessitas nulli legi est subjecta. seu: Necessitas non habet legem.*

Quan-

Quando nimirum necessitas justa est, & gravis; secus autem est, si necessitas non talis.

54. *Nemo potest ad impossibile obligari. vel: Impossibilium nulla est obligatio.*

Unde si in contractu apponatur conditio impossibilis, talis conditio vitiat ipso jure contractum. In testamentis autem, & in matrimonio hæc conditio habetur pro non adjectâ.

55. *Non valenti agere, non currit præscriptio.*

Sic tempore belli & pestis, quando jus reddi non potest, vel quando quis fugit ab aliquo loco ex timore, & non potuit agere, præscriptio non currit, neque nocet.

56. *Oculis magis, quàm auribus credendum est.*

Procedit in teste; testis enim magis probat quando dicit, scio, quia vidi, quàm dicendô: scio, quia audivi à multis, imò testimonium de auditu non est propriè testimonium.

57. *Odia sunt restringenda, favores ampliandi.*

Procedit, quando aliquid est omninò odiosum; secus est, si aliquid pro una parte est odiosum, pro alterâ autem favorabile; quia tunc restringi non debet, sed potiùs ampliari.

58. *Possessor malæ fidei, ullo tempore non præscribit.*

Procedit de jure Canonico; secùs autem est de jure Civili; eo namque jure præscribitur res longissimo tempore & cum mala fide.

59. *Præsumptionibus non est judicandum.*

Si nimirum præsumptiones parvæ sint & leves; secùs autem, si magnæ sint & violentæ.

60. *Quidquid acquirit filius, patri acquirit.*

Procedit in filio, qui in patris est potestate; secùs autem in emancipato. Vel procedit, nisi bona sint castrensia vel quasi; quia in istis pater nihil habet, & ad libitum filius disponere potest.

61. *Qui tacet, consentire videtur.*

Procedit, quando quis tacet in actu honorabili, vel concupiscibili. Vel procedit nisi consensus expressus necessarius sit.

62. *Res furtiva, ubique reperta condici, & vendicari potest.*

Procedit, si à veris Dominis res furtiva condicitur, atque reperitur; secùs autem, si ab aliis.

63. *Testatoris voluntas est ambulatoria usque ad vitæ supremum exitum.*

Hoc est quamdiu testator vivit, tamdiu potest testamentum suum vel omninò annullare, vel pro libitu mutare.

64. *Delicta morte finiuntur.*

Quia cum Judices terreni non nisi in subditos potestatem habeant; mortui autem post mortem cessent esse subditi, hôc ipsô post mortem ob præterita delicta puniri non possunt; nisi specialis aliqua ratio aliud suadeat, uti in delicto hæresis contingit.

65. *Im-*

65. *Immunis est à censura, qui liber est à gravi culpâ completâ.*

Hoc est, quicunque vel venialiter tantum peccat, vel actum quidem mortaliter peccaminosum, sed tamen exterius non completum producit, non censendus est, incurrisse pœnam excommunicationis, suspensionis, aut interdicti.

66. *Privilegium personale adhæret personæ. vel, Privilegium personale sequitur personam.*

Hoc est, quando Privilegium aliquod tantum intuitu personæ datum est, tunc quocunquè persona migrat, etiam privilegium secum trahit; & si persona moritur, perit & privilegium.

67. *Privilegium in dubio, reputari potiùs debet reale, quàm personale.*

68. *In omni rescripto Principis subintelligitur clausula:* sine præjudicio alterius.

69. *In omni rescripto intelligitur hæc conditio:* si ita est.

70. *Clausula nulla est frustra, sed debet aliquid operari.*

71. *Quod omnes tangit, ab omnibus est approbandum.*

72. *Audiatur & altera pars. Si accusasse sufficit, quis erit innocens?*

§. 6.

Axiomata Theologica.

1. *Nemo bonus, nisi solus DEUS.*

Duplex est bonitas: absoluta & respectiva illa convenit soli Deo, quia solus hic in se, & à se bonus est, & omne bonum veluti fons complectitur. Ista creaturis competit, quæ solum bonæ sunt participativè, & cum respectu ad Deum. Deus igitur solus eminenter bonus est.

2. *Nullum malum, nisi peccatum.*

Quia malitia est carentia boni; nemo autem bonus est, nisi solus Deus, ergo cum solùm peccatum privet hôc bonô, meritò solum peccatum malum dicitur.

3. *Deus summum bonum, peccatum summum malum.*

Quod bono opponitur, malum est, ergo, cum peccatum Deo, summo bono opponatur: meritò summum malum est.

4. *Nullum peccatum, nisi voluntarium.*

Ad peccatum requiruntur tres conditiones, 1. Ut sit voluntarium, id est, ut fiat à voluntate consentiente: 2. Ut sit liberum, id est, ut sit in potestate voluntatis facere, vel non. 3. Ut advertatur malitia.

5. *Nihil volitum, nisi præcognitum.*

Quia, cum voluntas humana ex se cæca sit, hoc ipso progredi ad prosecutionem, vel fugam

fugam *objecti* non poteſt, niſi ab intellectu, velut *oculato* duce manuducatur, & dirigatur.

6. *Ignoti nulla cupido.*

Conſentit hæc ſententia cum priori: Nihil volitum, niſi præcognitum.

7. *Quod quis non novit, hoc non dolet.*

8. *Non nocet ſenſus, ubi non eſt conſenſus.*

9. *Nihil conſenſui tam contrarium eſt, quàm vis & metus.*

Si nimirum violentia infertur, aut metus gravis cadens in conſtantem virum, alicui incutitur, qualis eſt v. g. metus mortis, carceris diuturni, amiſſionis magnæ partis bonorum, gravis indignationis, aut infamiæ.

10. *Vani timoris nulla eſt excuſatio.*

Hoc eſt, ſi aliquis levi duntaxat metu (id eſt, non cadente in conſtantem virum) adactus comittit ſcelus, vel contractum init, non poteſt ſe metus hujus exceptione à culpa aut obligatione tueri.

11. *Non ſunt facienda mala, ut eveniant bona.*

Unde non licet mendacium etiam minimum committere, ut per illud mala graviſſima à Regno quopiam, aut integro mundo avertantur.

12. *Actus agentium non operantur ultra eorum intentionem.*

Si nimirum eſſentiam alicujus actûs requiritur intentio ipſius operantis. Unde Sa-

cerdos non consecrat hostiam, quæ ipso inscio intra corporale posita est.

13. *Operans contra conscientiam rectam, semper peccat.*

Quia conscientia recta; est regula infallibilis, participata à prima regula omnium actionum, scilicet lege æterna Dei.

14. *Omnis actus humanus in tantum est volitus, bonus vel malus, in quantum est cognitus.*

Unde, si conscientia erronea judicet, aliquid esse præceptum sub mortali, quod revera præceptum non est, illud transgrediens peccat mortaliter.

15. *In dubio tutior pars est eligenda.*

Hoc est, cùm ex una parte res est certa, & ex alia res est dubia, tunc utique tutior pars est eligenda, juxta regulam Juris: tene certum, & dimitte incertum.

16. *In dubio melior est conditio possidentis.*

Hoc est, si post diligens examen adhuc remaneat æquale dubium, & taliter dubitans sit in possessione libertatis, potest eligere partem, quæ favet libertati, si verò præceptum sit in possessione, tenetur eligere partem, quæ favet præcepto.

17. *Non lædit conscientiam actio, quam probabilis tuetur opinio.*

Quia, cùm opinio probabilis sit dictamen rationi conforme, hoc ipso, qui illam sequitur, prudenter agit, & ex consequenti nec peccat; dummodo non sit nimis tenuis probabi-

babilitas, aut in materia Sacramentorum vel judicii versemur; non enim amplius licet sequi sententiam quantumcunque probabilem, relictà probabiliore.

18. *Unicus Author facit sententiam probabilem.*

Si nimirum iste Author est omni exceptione major, tunc enim suà auctoritate sententiam reddit probabilem, etiam contra communem oppositam; Nec obest propositio ab Alexandro VIII. damnata, hæc enim loquitur de Authore juniore, qui non est omni exceptione major.

19. *Non licet sequi sententiam probabilem, relictà probabiliore in materia Sacramentorum.*

Hoc est, Parochus non potest sequi sententiam probabilem, relictâ probabiliore & tutiore, quando nimirum agitur de valore Sacramenti; potest tamen juxta probabilem procedere relictâ probabiliore, si quæratur solùm de honestate actionis.

20. *Non licet sequi sententiam probabilem, relictà probabiliore in materia judicii.*

Unde Judex (sic & Medicus) sequi debet tutiora & probabiliora. Quodsi Judex discernere non possit, quænam sententia sit probabilior, debet utrique parti litiganti imponere compositionem, seu transactionem, quæ in eo consistit, ut quælibet pars aliquid de suo jure cedat.

21. *Advocatus licitè patrocinatur causæ minùs probabili.*

Quia non fert ſententiam, ſed ſolum proponit momenta cauſæ, à Judice ſecundùm leges, & jura juſtè examinanda; interim Clientem de hoc ipſo tenetur monere.

22. *Periculosè determinatur mortalis iniquitas, niſi habeatur expreſſa veritas.*

Unde ſrupuloſus non facilè credere debet, ſe peccâſſe mortaliter, niſi de tali commiſſione jurare poſſit. Imo, & ſi putet, ſe jurare poſſe, aliqua peccata non fuiſſe confeſſa, ſi tamen confeſſarius prohibeat iteratas confeſſiones, humiliter acquieſcere debet; nam etſi aliqua non fuerit confeſſus, non tenetur cum tanto periculo perpetuæ anxietatis propè ad inſaniam procurare integritatem confeſſionis.

23. *Non lædit conſcientiam lex humana, quando deterrent gravia mala.*

Qualia ſunt amiſſio vitæ, ſanitatis, famæ, magnæ partis bonorum, &c. quia leges humanæ obligant tantum humanô modô; non autem eſt humanus modus, obligare ad aliquid cum gravi damno & incommodo ſervandum.

24. *Cùm ponitur legis executio, non nocet omiſſa intentio.*

Hoc eſt, quando aliquis ponit actionem à lege præſcriptam, non cenſetur legis transgreſſor, etiamſi non habeat intentionem, per talem actionem ſatisfaciendi legi.

25. *Lex pœnalis non urget conſcientiam, donec proferat Judex ſententiam.*

Etiamsi interdum in lege addatur, ipso jure, vel facto incurri pœnam; quia odia sunt restringenda. Unde, qui ob delictum privandus est bonis, ea ante sententiam Judicis perinde potest distrahere ac donare, sicut ante delictum patratum poterat.

26. *Peccatum ex se mortale, potest fieri veniale.*

Ad peccatum mortale requiritur 1. plena advertentia, & deliberatio. 2. perfectus consensus. 3. gravitas materiæ. Quorum si unum desit, fit veniale, quod aliàs ex se est mortale.

27. *Peccatum veniale nunquam fieri potest mortale.*

Quantumcunque peccatum veniale multiplicetur; quia est ordinis inferioris; sicut ex accidenti, quantumcunque multiplicatio, nunquam fit substantia. Excipe tamen materiam justitiæ, ubi v. g. minuta furta, quamvis ex se sint venialia, possunt fieri mortale, quia per ultimum furtum completur quantitas, quæ causat proximo notabile damnum.

28. *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.*

Procedit, si subtractor habeat facultatem restituendi; si autem eam non habet, quia inops est, sufficit, si habeat propositum restituendi, cùm pervenerit ad pigniorem fortunam. Vel procedit, nisi is, qui facienda est restitutio, liberaliter remittat, & donet.

29. Pec-

29. *Peccatum, quod consensu contrahitur, sine consensu minimè relaxatur.*

Hoc est, quando quis per peccatum propria voluntate commissum avertitur à Deo, dissolvendo amicitiam illius, æquum est, ut per detestationem quoque propria voluntate factam iterum redeat ad amicitiam Dei.

30. *Præstat omnia mala tolerare, quàm peccatum patrare.*

Quia ex duobus malis minus est eligendum; atqui incomparabiliter minus est malum tormentorum & amissionis bonorum temporalium, quàm malum animæ, seu peccatum, utpotè per quod æterna tormenta incurruntur, & bona æterna amittuntur.

31. *Charitas incipit à seipso.*

Quia, quo quisque conjunctior sit alicui, tantò arctiori vinculo obligatur ad illi subveniendum; constat autem, neminem alicui magis conjunctum esse, quàm sibi, juxta illud: Proximus quisque sibi.

32. *Non est tutus in conscientia, qui plura possidet beneficia.*

Hoc est, qui plura beneficia incompatibilia, vel compatibilia, quorum unumquodque honestam sustentationem affert, possidet, non potest ea absque peccato & obligatione restituendi possidere; nisi talis pluralitas per causam justam, aut consuetudinem immemorialem cohonestetur.

33. *Non est obligatorium, contra bonos mores præstitum juramentum.*

Hoc

Hoc est, quotiescunque juramentum aliquod vergit in alienæ salutis dispendium, aut æternæ salutis præjudicium, tunc hoc ipso cessat obligatio illius; Quia juramentum non debet esse vinculum iniquitatis. Unde qui malam rem, etiam cum juramento alteri promisit, non obligatur ad promissionem exsolvendam.

34. *Votum in Deo non respicitur, quod non de meliori bono esse cognoscitur.*

Hoc est, quotiescunque illius rei, quæ vovetur, oppositum de meliori bono est, quàm ipsa res votô promissa, irritum est votum, atque adeò Deo ingratum.

35. *Ingrata est Deo voventis promissio, si non sequitur rei promissæ redditio.*

Unde vovens non potest à voto suo recedere, aut illud mutare, nisi in melius: Neque ejus votum ab alio sine causa commutari potest, possunt tamen irritari vota ab eo, qui potestatem dominativam habet in alterum (uti pater in liberos, maritus in uxorem, Superior in subditos) & in cujus præjudicium ejusmodi vota cedunt.

36. *Festa legitimè non observat, qui in iis serviliter laborat.*

Unde etiam illi festum legitimè, non observant, adeóque peccant, qui recreationis duntaxat, & non lucri causa opera servilia exercent; eô quòd hæc intentio sit prorsus impertinens ad præceptum.

37. Fran-

37. *Frangit Ecclesiasticas abstinentias, qui debitas non observat circumstantias.*

Non tamen peccat, qui vespertinam collatiunculam in debita quantitate sumit, quia hæc per consuetudinem est introducta: Neque peccat, qui sæpius de die bibi, & parum etiam de pane, vel alia re, ne noceat haustus sumit; quia hic ad alterationem potiùs, & digestionem ciborum, quàm nutritionem ordinatur: Vel, ut P. Layman dicit: *liquidum non frangit jejunium.*

38. *Inanis est Sacramentalis actio, cui deest legitima Ministri intentio.*

Hoc est, nisi Minister Sacramenti legitimam intentionem eliciat, & id, quod Christus fieri jussit, vel quod Ecclesia facere solet, intendat, non efficiet verum Sacramentum. Quia Ministri constituti sunt à Christo, ut Sacramenta rationabili modô ministrent. Sufficit tamen intentio virtualis, non verò habitualis.

39. *Repetendum est Sacramentum, si non adest certitudinis experimentum.*

Hoc est, quando prudenter dubitatur, num Sacramentum sit legitimè administratum, tunc illud iterum sub conditione est administrandum. Und, qui prudenter dubitat, num pœnitentem absolverit, potest eum denuò sub conditione absolvere, si adhuc ille moraliter præsens est: Item, qui post sumptum calicem prudenter dubitat, an non aquam potiùs, quam vinum consècràrit, debet denuò

nuò vinum aquâ miſtùm affundere, & ſub conditione conſecrare.

40. *Sumit Eucharistiam legitimè, qui ſumit ſub una ſpecie.*

Nam communicans ſub ſpecie panis tantùm, nec contra Chriſti aut Eccleſiæ præceptum quidquam agit. Item, qui communicat ſub utraque ſpecie, non accipit plus gratiæ, quàm communicans ſub ſpecie panis tantùm; quia cauſa gratiæ eſt Chriſtus, qui æque eſt totus ſub una, ac ſub utraque ſpecie.

41. *Meritò vivit de Altari, qui propter Altare ſtudet operari*: Vel, ùt Apoſtolus dicit: *Qui Altari deſerviunt, cum Altari participant* Unde Sacerdos, qui Miſſas celebrat in aliorum commodum, meritò ab ipſis, ſtipendium absque ullo Simoniæ periculo, accipere poteſt.

42. *Non nocet omiſſa circumſtantia, ſi ſalva manet ipſa Sacramenti ſubſtantia.*

Hoc eſt, ſi omnes partes ad Sacramentum Pœnitentiæ à Chriſto requiſitæ ponuntur, nihil impedit valorem, etiamſi aliqua circumſtantia accidentaliter duntaxat, & ad melius eſſe requiſita omittatur.

43. *Pœnitentia injungenda eſt cum prudentia.* Unde advertat Confeſſarius, ne juſtò rigidior ſit in imponendis pœnitentiis. Si Deus benignus eſt, ùt quid ejus Miniſter auſterus eſt? Melius eſt propter miſericordiam reddere rationem quàm propter ſeveritatem. Tutius cum parva pœnitentia implendâ mittere

Con-

Confessos ad purgatorium, quàm cum magna pœnitentia non implenda ad infernum.

44. *Melius est peccata carnalia non ita perfectè intelligere, quàm per longius examen, se, & pœnitentem periculo peccandi exponere.*

Cautissimè igitur interroget Confessarius in materia lubrica, ne seipsum inquinet, & pœnitentem scandalizet. Si in hac materia negantur cogitationes, non opus est, progredi ad opera, nisi fortè apud rudiores.

45. *Non habet verum emendationis propositum; qui non vult vitare peccandi periculum.*

Hoc est, qui occasionem proximam dimittere non vult, cum tamen sine gravi suo incommodo possit, hoc ipso censetur, non habere seriam sese emendandi voluntatem; atque adeo incapax est absolutionis.

46. *Nuptias non concubitus, sed consensus facit.*

Unde, etiamsi quis sub promissione matrimonii copulam extorqueat, nondum tamen consistit matrimonium, nisi etiam ipsa mulier violata promittat futuras nuptias.

47. *Dissolvuntur mutuo consensu sponsalia, quam juramentô sint firmata.*

Quia sponsalia, etiam jurata semper habent imbibitam conditionem, nisi ab illo, cui spondeo, remissa fuerit obligatio. Item, juramentum DEUS non acceptat, nisi in gratiam sponsæ; ergò si sponsa remittat, absolvitur sponsus. *Item, quia juramentum,*

tan-

tanquam accessorium, sequitur naturam actûs, cui apponitur.

48. *Sponsalia priora non tolluntur per posteriora.*

Etiamsi posteriora copulâ carnali sint confirmata; quia cùm sponsa prior habeat jus certum, nullo scelere legitimè acquisitum, iniquum foret, si cedere deberet sponsæ posteriori fornicariæ, pœnam potiùs quàm præmium meritæ. Fit tamen quandóque, ut fornicaria præferatur, in favorem prolis.

49. *Errantis nullus est consensus.*

Si nimirùm errat circa substantiam, seu personam, volens v. g. contrahere cum Titia, per errorem contrahit cùm Bertha; non verò, si errat circa qualitatem personæ, putans, eam esse nobilem, divitem &c. nisi ipsa qualitas in contractu apponatur tanquam conditio sine qua non v. g. contraho tecum, si dives es &c.

50. *Bonum ex integra causa, malum ex quolibet defectu.*

Hoc est: ut res dicatur simpliciter bona, omnes requiruntur bonitates: sufficit tamen unus defectus, ut tota res dicatur simpliciter mala. v. g. si quis eleemosynam eroget propter vanam gloriam, tunc actus ille per se bonus, per hanc circumstantiam fit simpliciter malus.

§. 7.

Axiomata Ascetica.

1. *Nemo bonus, nisi solus Deus.* Luc. 18.

Intellige substantialiter, & à se. *Vel*: Solus Deus est eminenter bonus; cætera verò bona sunt participativè, & cum respectu ad Deum.

2. *Nullum malum, nisi peccatum.*

Quia malum juxta S. Augustinum, est aversio ab incommutabili bono, nempe Deo: cùm igitur solum peccatum avertat ab hoc bono; meritò solum peccatum dicitur malum. Unde adversitates, etsi mala videantur, revera tamen mala non sunt.

3. *Fecisti nos, Domine, ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* S. Aug.

Hinc Deus triangulare cor fecit, ut innueret, à Solo Deo uno & trino, non autem à rotundo mundo impleri illud posse.

4. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, præter amare Deum.* Gersen de Imit. Christ.

Quia, cùm homo ad capiendam & fruendam SS. Trinitatem sit creatus, atque ideò triangulare cor acceperit, totus mundus, utpote figuram rotundam habens, satiare & implere illud non potest.

5. *Minùs Deum amat, qui aliquid amat, quod propter Deum non amat.* S. Aug.

Quia ut Ven. Gersen benè advertit, dilectus noster talis est naturæ, ut alienum non velit admittere, sed solus cor nostrum vult habere & in eo, tanquam Rex in proprio throno sedere:

6. *Quales impetus habebas ad Mundum, tales habeas ad Artificem Mundi.* S. Aug.

Quia cùm Deus infinities dignior sit amari, quàm Mundus; Mundus autem ardentissimo plerumque amore diligatur à suis amatoribus; æquum est, ut simili quoque amore Deus à peccatoribus perfectè conversis diligatur.

7. *Nemo læditur, nisi à seipso.* S. Chrysost

Quia, cum solum peccatum verè malum sit, ùt suprà diximmus, ad hoc autem nem invitus cogi possit, rectè infertur, quemvis si peccato consentiat, proprii sui mali fabrum esse.

8. *Opinio, non tribulatio nos cruciat.* T ste Epicteto.

Quia tribulatio in se mala non est, cù rectè accipientibus summam afferat utilitem; sed opinio de illa malam facit; cù igitur turbamur ex earum adventu, non al culpemus, sed non ipsos; id est, opinio nostras.

9. *Non est pax impiis.* Isaiæ 48.

Cùm enim quælibet res non nisi in cer suo quiescat, fieri non potest, ut impii, à Deo velut centro suo separati sunt, pa & quietem inveniant.

10. *Tantùm homo in Deum transit, quantùm à se exit.* Ven. Gersen de imit. Christ.

Cùm enim amor proprius omnium malorum radix sit, rectè infertur, hoc impedimentô sublatô, facilè hominem Deo adhæsurum.

11. *Tantùm quisque se amat, quantum se odit.* Teste S. Augustino.

Quia, dum quis propter Deum se odit, vitiorum radicem (concupiscentiam) tollit; & varias virtutes exercet, ideoque verè amat seipsum, amovendo à se maximum malum, & procurandô summum bonum.

12. *Desine concupiscere, & desines malè habere.* Juxta Gersen de imit. Christ.

Quia homini nunquam bene esse potest, nisi per amorem adhæreat Authori suo, ac fini ultimo; bonorum autem Authori, teste S Gregorio, aliter inhærere non possumus, nisi cupiditatem, quæ omnium malorum radix est, à nobis ascindamus.

13. *Tantùm proficies, quantùm tibi vim intuleris.* Ven. Gersen.

Quia, cùm, teste Scripturâ, sensus hominis ad malum proni sint, facilè patet, non posse hominem sine magna violentia ab amore sui, & rerum creaturarum inordinatô avelli; atque adeò meritò dici, illum præ cæteris in perfectione profecturum, qui majori sese violentiâ à creaturis abstraxerit.

14. *Si vis vitam, muta vitam.* S. Aug.

Quia

Quia, *cum vita vera* & *bona in charitate consistat; vita autem*, quam homines plerumque vivunt, in concupiscentiis & peccatis consumatur, rectè infertur, neminem veram vitam possessurum, nisi qui vitam mutaverit.

15. *Omnia possum in eo, qui me confortat.* S. Paul. ad Philipp. 4.

Quia, qui velle dat, omnipotens & fidelis est, ut possit, & velit dare etiam perficere.

16. *Hoc quisque est, quod amat.* S. Aug.

Quia amor facit unum cum amato: hinc pulchrè S. Augustinus: *Si terram diligis, terra es: si Deum diligis, Deus es.*

17. *Qui amat, non laborat.* S. Aug.

Quia amor ita abripit mentem, ut amans vel non sentiat labores ac difficultates, aut certe contemnat, ut amanti placere, eóque frui possit.

18. *Non vivitur in amore sine dolore.*

Quia amare Deum non potest, nisi qui sibi & cupiditatibus mortuus est, hoc autem contingere non potest sine grandi violentia, atque adeò nec sine dolore.

19. *Non affectus; sed effectus probat amorem.* S. Greg.

Quia affectus solitariè sumptus fallere potest; non item effectus; hic enim ostendit, amorem non esse otiosum, atque adeò verum amorem judicandum.

20. *Summa hominis gloria est, solam Dei gloriam quærere.*

Quia summa cuique rei gloria est, suum possidere; atqui hunc solus il- cus possidet, qui solam Dei gloriam ..., ad hoc enim conditus est homo, ut co- scat & amet Deum, in quo vera Dei glo. consistit.

21. *Homo, qui malè vivit, non vivit*, S. Aug.

Quia, sicut ramus à radice præcisus non vivit; sic homo malus: utpote sejunctus à Deo, apud quem est fons vitæ, non vivere, rectè dicitur.

22. *Summa Christiani perfectio, est Christi imitatio.*

Quia, cùm Christus sit Idea perfectissima omnis perfectionis ac sanctitatis, meritò tantò quisque perfectior censendus est, quantò perfectiùs huic Ideæ se conformare conabitur.

23. *Nemo repentè fit summus.* S. Bern.

Quia sicut non volandô, sed ascendendô gradatim apprehenditur summitas montis; sic non nisi per gradus virtutum ascendendo attingitur culmen perfectionis. Unde non leviter errant, qui uno quasi impetu perfectionem assequi cupiunt.

24. *Non habitus, sed vita facit Monachum.* Ven. Gersen.

Quia spectaculum facti sumus, teste S. Paulo, Mundo, Angelis & hominibus; sicut ergo vestis actorem non facit laudabilem, sed actio personæ conformis, ita quoque nec habitus facit Religiosum, sed morum imputatio.

25. *Optima*

25. *Optima vita, optimus ... dus victima.* I.
Quia optima vita, est vit... voluntati Dei conformis; nemo ... immolatur, magis colit; quàm qui ejus volun... obedien... fectè implet. Hinc S. Augustinus: ... quod per laudare DEUM? benè fac omnia, qua... toria & semper laudâsti DEUM.

26. *Perfectio maxima in minimis.*
Quia in his major difficultas superanda est; atque adeò amor Dei, in quo perfectio consistit, magìs exercetur.

27. *Prima virtus Monachi est, hominum judicia contemnere.* S. Hieronym.
Quia, cùm humana judicia plerumque valdè distorta sint, id est, contraria rectæ rationi, nihil unquam rectè aget, qui talibus judiciis velut regulæ, suas actiones conformat. Hinc S. Paulus: *Mihi pro minimo est, ut à vobis judicer.* 1. Cor. 4.

28. *Salus, ubi multa consilia.* Prov. 24.
Quia, cùm multi plus videant, quàm unus, hoc ipso minus periculum errandi incurritur, si plures in consilium vocantur.

29. *Nemo bonus Judex in propria causa.*
Quia scilicet amor proprius plerumque mentis obtutum hebedat, & lumen rationis obscurat. Hinc Salomon: *Ne innitaris prudentiæ tuæ, & ne sis sapiens apud temet ipsum.* Prov. 3.

30. *Melior est vir prudens, quàm fortis.* Sap. 6
Quia fortitudo sine prudentia plùs damni, quàm utilitatis afferret; prudentia verò

per consilia interdum efficere, & declinare potest, quod alioquin per fortitudinem effici & declinari deberet.

31. *Non est consilium, non prudentia contra Dominum.* Prov. 21.

Quia hoc ipso, quod tale consilium sit contrarium Deo, apprehendet sapientes in astutia eorum, & consilia pravorum dissipabit. Job. 5.

32. *Astutus omnia agit cum consilio.* Prov. 13. Quia sapientia, teste Salomone Prov. 8. habitat in consilio, & eruditis interest cogitationibus. Hinc alibi suadet: *Fili, sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis.* Eccl. 32.

33. *Rectè novit vivere, qui rectè novit orare.* S. Aug.

Quia per orationem veram partim impetratur efficax & copiosa gratia ad rectè vivendum necessaria; partim percipitur gustus quidam vitæ spiritualis & cœlestis; atque adeò excitatur animus ad terrestres voluptates spernendas juxta notum axioma: *gustato spiritu, desipit omnis caro.*

34. *Sic nos visitat Deus, sicut eum colimus.* Ita Ecclesia in Hymno festi Corporis Christi precatur.; *Sic tu nos visita, sicut te colimus,* quia, cùm Deus liberalissimus sit, nihil sibi gratis præstitum esse permittit; atque adeò tantò liberaliorem se exhibet, quantò liberaliùs illi debitus cultus præstatur.

Me-

35. *Melior est obedientia quàm victima.* 1. Reg. 15.

Quia per victimas aliena caro immolatur, quod adeò difficile non est; per obedientiam verò propria voluntas sacrificatur, quod sine magna violentia, & insigni sui victoria non contingit.

36. *Invitat ad magna, qui gratanter suscipit modica.* S. Cassiod.

Quia, teste S. Chrysostomo, Deus exigit à nobis gratitudinem, non quòd nostra celebratione opus habeat, sed ut, quidquid est lucri, iterum ad nos redeat, & dignos nos faciamus majoribus subsidiis.

37. *Concordiâ res parvæ crescunt: discordiâ maximæ dilabuntur.*

Quia per mutuam charitatem Benedictio Dei copiosiùs obtinetur. Tum, quia per talem conjunctionem virtus unita fortior efficitur, tam ad ordinarias functiones ritè perficiendas, quàm ad obstacula contraria, hostésque fortiter repellendos; nam teste Salomone, *Frater, qui adjuvatur à fratre, quasi civitas firma.* Prov. 18.

38. *Melius est parùm cum justitia, quàm multi fructus cum iniquitate.* Prov. 16.

Quia, quod justè acquisitum est, benedicet Deus; quod autem injustè, seu contra Dei voluntatem obtentum est, benedictione carebit; atque adeò radicem agere non poterit. Hinc juxta commune proverbium: *malè parta, malè dilabuntur.*

39. *Quâ mensurâ mensi fueritis, eâdem remetietur vobis.* Luc. 6.

Quia Deus, qui omnia, quæ uni ex minimis facimus, sibi facta putat, à liberalitate hominum se vinci non patitur, sed veluti fertilis ager, obsequia sibi exhibita decuplo fructu compensat. Hinc rectè S. Paulus: *Quia parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus & metet.* 2. Cor. 9.

40. *Melior est patiens viro forti.* Prov. 16.

Quia ad hostes externos vincendos robur corporis adhibetur, ad patiendum autem animi fortitudine opus est, quod utique præclarius est, cùm perfecta victoria sit, de semetipso triumphare.

41. *In Christianis non exordia laudantur, sed finis.* S. Hier.

Quia, teste S. Gregorio, incassum bonum agitur; si ante vitæ terminum deseratur; frustra velociter currit, qui priùs, quàm ad metas venerit, deficit. Hinc merito Christus dixit: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regnô DEI.* Luc. 9.

42. *Qui se humiliat, exaltabitur.* Luc. 14.

Quia, quò fideliùs quis omnia Deo, & non sibi attribuit, tantò plura accipere meretur.

43. *Qui non offendit in verbo, perfectus est.* Jac. 2.

Quia

Quia *ex abundantia cordis os loquitur*, atque adeò perfecta locutio meritò magnum etiam *in* animo latentem virtutum appara-*tum*, qualis ad perfectam locutionem requi-*ritur*, arguit.

44. *Beatius est dare, quàm accipere.* Act.20.
Quia dare difficilius est, quò autem quid difficilius est, eò honestius & beatius est.

45. *Liberalitas non facit syllogismum.*
Quia non cunctatur, miseris & dignis auxiliò succurrere; atque adeò non disputat, an succurrendum, nec ne.

46. *Hora unius negotium est æternitas.*
Quia qualem mors invenit hominem, talem homo invenit mortem: bonam scilicet vel malam; nam qualis mors, talis sors; vel qualis vita, mors est ita.

47. *Periisse semel æternum est.*
Quia non licet ampliùs redire ad vitam, non licet iterum mori; sed quorsum recide-rit arbor, jacebit per æternitatem. Si semel jacta est infelix alea, iterare jactum non licet, æternùm jacta est.

48. *Non qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.* S. Paul. 2. Cor. 10.
Quia laus vera supponit perfectionem operis, propter quod aliquis laudabilis efficitur; atqui hanc perfectionem non cognoscit is, qui se commendat. Cùm ergo solus Deus hanc perfectionem cognoscat, ille so-

alius

lium probatus censeri debet, quem DEUS commendat.

49. *Qui gaudet laudibus, perdit laudes.* Wigo.

Quia, qui gaudet laudibus: seu qui laudari appetit; superbus esse convincitur; superbus autem indiginus est, ut laudetur.

50. *Quidquid agant homines, intentio judicat omnes.*

Quia, cùm homo ad Deum, velut ultimum finem, amandum & honorandum creatus sit, nisi omnia ad illius gloriam per bonam intentionem ordinet, nullius momenti erunt. Perit omne momentum, quod non fit propter summum momentum.

51. *Cum proximo agendum, ut cum sclopeto.* S. Franc. Borgias.

Quia, sicut, si ultra debitam mensuram sclopetum oneretur, rumpitur; ita si plùs, quàm oportet, à subditis exigamus; plus illos destruemus, quàm ædificabimus.

52. *Potestate optimè utitur, qui moderatè.* Seneca.

Quia, qui tota utitur, exacerbat obedientiam, qui nullâ, non obtinet. Si quem igitur regis, onera, non preme, habeat obediens, quod faciat, non, quod desperet.

53. *Quod vis taceri, prior tace.*

Quia ferè impossibile est, manere occultum id, quod aliquis præter te novit. Si tu, cujus inter est, silere non potes, quomodo ab alio, cujus silere non interest, silentium exspectabis?

§. 8.

Axiomata Polemico-Scripturistica.

1. *Arbitramur justificari hominem per fidem sine operibus.* S. Paul. ad Rom. 5.

Ad hunc textum Lutherus particulam solam adjecit, docuitque, hominem justificari per solam fidem.

2. *Gratiâ salvati estis ex fide, & non ex operibus.* S. Paul. ad Ephes. 2.

Verba hæc Lutherani de operibus novæ legis explicant; cùm tamen de Cæremonialibus veteris legis locutus sit Apostolus.

3. *Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam, secundùm traditionem hominum.* S. Paul. ad Coloss. 2.

Hoc Hæretici de traditionibus divinis & Apostolicis interpretantur, cùm tamen Apostolus ibi de solis traditionibus Judæorum, vel Gentilium locutus sit.

4. *Scrutamini Scripturas.* Joan. 5.

Hæc Christi verba interpretantur Hæretici de sola Scriptura, cùm tamen ibidem Christus etiam aliis tribus testimoniis probet se esse filium Dei.

5. *Si quis evangelizaverit vobis præter id, quod accepistis, anathema sit.* S. Paul. ad Galat. 1.

Hoc universim ad omnem doctrinam, quæ extra Scripturam reperitur, extendunt

Hære-

Hæretici; cùm tamen ibi Apostolus de certa duntaxat materia loquatur, scilicet de Circumcisionis abrogatione, aliisque Ceremoniis Mosaicis.

6. *Hoc facite in meam Commemorationem*, Luc. 22. item: *bibite ex hoc omnes*. Matth. 26.

Hæc Christi verba ad omnes homines extendunt Hæretici; cùm tamen de solis Apostolis intelligenda sint.

7. *Qui non crediderit, condemnabitur*. Marc. 16.

Hæc verba Hæretici universaliter de omnibus hominibus interpretantur, indèque parvulis actualem fidem necessariam esse concludunt; cùm tamen de solis adultis ratione præditis intelligi debeant.

8. *Benè aùt male, si potestis, facite*. Isaiæ 41.

Hæc verba crassè ad eliminandum hominis liberum arbitrium usurpant Hæretici; cùm tamen ibi Propheta non de hominibus, sol de Idolis loquatur.

9. *Ibunt hi ad supplicium æternum; Justi autem ad vitam æternam*. Matth. 25.

Hanc Christi Sententiam Hæretici assumunt ad veritatem de Purgatorio refutandam; cùm tamen ibi Christus non de tempore præsenti; sed de eo locutus sit, quod post extremum Judicii diem futurum est.

10. *Quotiescunque manducabitis panem hunc &c.* S. Paul. 1. Cor. 11.

Hæc verba Hæretici de pane simpliciter permanente in Eucharistia intelligunt; quæ

tamen

tamen de pane in corpus Christi mutato; intelligere deberent, eo fere modo, quo Christus dixit: *Cæci vident.*

11. *Hodie mecum eris in Paradiso.* Luc. 23. Hæc Christi verba ad omnes homines applicant Hæretici, indéque probare volunt, nullum dari Purgatorium, cùm tamen ad solum Latronem sint dicta.

12. *Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur.* Ezech. 18.

Hoc Hæretici de omnibus peccatis dictum esse contendunt, indéque evincere volunt, nullum dari peccatum veniale, sed omnia esse mortalia; cùm tamen Propheta ibi de iis tantùm peccatis locutus sit, quæ ex genere suo mortalia sunt, ùt Idololatria, adulterium, homicidium & similia.

13. *Per unius obedientiam justi constituentur multi.* S. Paul. ad Rom. 5.

Hoc Hæretici sic explicant, ut per obedientiam Christi formaliter non justificari asserant; cùm tamen per illam meritorie tantum justi constituamur.

14. *Justo non est lex posita, sed injustis, & non subditis.* S. Paul. 1. Tim 1.

Hoc de potestate legis coactiva intelligendum est, Hæretici de directiva potestate interpretantur.

15. *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus.* Luc. 17.

Hære-

Hæretici ex hoc textu nihil nos mereri apud Deum contendunt. Catholici autem dicunt, nos servos inutiles esse, quia propriis viribus nihil possumus; nec DEO specialem utilitatem nostris bonis operibus afferimus, nec ullam mercedem exigere possemus, nisi Deus, sponte eam promisisset.

§. 9.

Rhythmi Ascetici.

Ex sequentibus Rhythmis colligere licet, quænam observari debeant erga DEUM, erga proximum, & erga se ipsum.

Erga DEUM.

Fides viva,
ob summam veritatem:
Spes firma,
ob summam fidelitatem:
Charitas tenerrima,
ob summam bonitatem.

Erga Christum.

Charitas tenerrima,
propter Redemptionem:
Gratitudo maxima,
propter Vocationem:
Imitatio studiosissima,
propter perfectionem.

Erga

Erga B. Virginem.

Conſtans veneratio,
ob meritorum excellentiam;
Crebra invocatio,
ob patrocinii potentiam:
Studioſa imitatio,
ob virtutum præſtantiam.

Erga reliquos Cœlites.

Magna gratulatio,
ob cœleſtem Gloriam:
Firma confiſio,
ob fidelem cuſtodiam,
Conſtans devotio,
ob amicam benevolentiam.

Erga Superiores Spirituales.

Summa reverentia:
quia DEI Vicarii:
Charitas ingenua,
quia Patres piiſſimi:
Obedientia promptiſſima,
quia Paſtores optimi.

Erga Superiores Sæculares.

Honoris juſti oblatio,
propter ſtatûs eminentiam:
Favoris conſervatio,
propter virium potentiam:
Cauta collocutio,
propter periculi præſentiam.

Erga Vicinos & Amicos.

Pacis conſtans dilectio,
propter communem conſolationem:
Jurium conſervatio,
propter juſtitiæ defenſionem:
Auxilii oblatio,
propter amoris obligationem.

Erga Inimicos.

Injuriæ condonatio,
per divinam dilectionem:
Orationis oblatio,
per ignorantiæ prætenſionem:
Amoris conciliatio
per beneficiorum collationem.

Erga Pauperes.

Suavis allocutio,
ad præbendam conſolationem:
Chriſtiana compaſſio,
ad demonſtrandam dilectionem:
Amoroſa ſubventio,
ad faciendam ſublevationem.

Erga Hoſpites.

Benevola exceptio,
propter hoſpitalitatem:
Liberalis tractatio,
propter Charitatem:
Jucunda converſatio,
propter hilaritatem.

Erga Hæreticos.

Aſſidua Oratio,
ut vera lux luceſcat:
Manſueta conſervatio,
ut durum cor molleſcat:
Percauta diſputatio,
ut fides non vileſcat.

Erga Mulieres.

Rariſſima aſpectio,
propter caſtimoniæ conſervationem.
Breviſſima collocutio,
propter publicam ædificationem.
Cautiſſima converſatio,
propter lapſûs devitationem.

Erga proprium Corpus.

Corpus cibô recrea,
ne fame contabeſcat.
Juſto labore occupa,
ne otiô torpeſcat.
Grata quiete releva,
ne obrutum langueſcat.

Erga Animam.

Malum fuge ſollicitè.
ob grande nocumentum.
Bonum age præfervide,
ob gratiæ augmentum.
Curas inanes abjice,
ob pacis incrementum.

Erga Mensam.

Præmitte *benedicite*,
ut pius agnoſcaris.
Quod ſumis, ſume modicè,
ut finem conſequaris.
Perſolve grates impigrè,
ut ſæpius paſcaris.

Erga Recreationem.

Poſt menſam curas abjice,
ne caſſa mens gravetur.
Aptam quietem elige,
ne Corpus enervetur.
Honeſta verba loquere,
ne Spiritus laxetur.

Erga Converſationem.

Honeſta recreatio,
ut pius æſtimeris,
Æqualis ſit dilectio,
ut nullum aſperneris.
Modeſta ſit locutio,
ut plurimos lucreris.

Erga Somnum.

Somni quietem excipe,
ut fortè moriturus.
Arcana mentis diſcute,
ut Judicem paſſurus.
DEI favores recole,
ut plures percepturus.

CAP. II.
VARIA SYMBOLA.

§. I.

Symbola Imperatorum.

J*ulius Cæsar* (à quo Romanæ Aquilæ & cæsarum appellatio) à Bruto & Cassio conjuratis, 13. vulneribus Romæ in Curia confossus periit An. Urbis (Romæ) conditæ 709. ætatis 56. Ad Brutum, quem maximo semper amore complexus fuerat, hæc verba dixit: *Et tu fili mi Brute*; post ejus mortem stella crinita per 7. continuos dies fulsit.

Ejus Symbolum erat: *Satius semel, quàm semper.*

Octavianus, Cæsar Augustus, qui primus titulum *Imperatoris* sibi sumpsit, regnavit 56. annis, quod nulli contigit Imperatori, quamvis juveni. Obiit Nolæ in Campania Anno Christi 16. Atque adeo sub ejus Regimine ex Maria Virgine natus est JESUS Christus, verus DEUS & homo.

Symbolum: *Festina lentè.*

Tiberius Nero, ob ebrietatem aliàs *Biberius Mero* dictus, sub cujus Regimine Christus redemptor noster in crucem agi voluit, obiit ex lento veneno, vel ut alii volunt, injectione pulvini oppressus, A. C. 39. ætatis 78.

Symbolum: *Melius tondere, quàm deglubere.*

Cajus Caligula, sic dictus à caligis militaribus, quas gessit adhuc miles, à militibus confossus est A. C. 42. Carnifex veriùs quàm Rex, Romano populo unam optabat cervicem, uno scilicet ictu amputandam. Nunquam vestem bis induit, in dies singulos mutans corporis habitum. Pedum osculum primus admisit. Suum equum, quem *Incitatum* vocabat, destinavit facere consulem Romanum: dignum sanè consulem sub tam bruto Rege.

Symbolum: *Oderint, dum metuant.*

Claudius Drusus ex boleto venenato, fraude uxoris Agrippinæ periit A. C. 56.

Symbolum: *Generis virtus nobilitas.*

Domitius Nero, cùm quæreretur ad necem, seipsum interemit A. C. 68. Agrippina mater ejus, cùm intelligeret ex præsagio, suum quidem filium aliquando regnaturum, sed cum cæde matris, dixit: *occidat, modò regnet.* Is primus omnium Imperatorum in Christianum nomen sævire cæpit, SS. Petro & Paulo è medio sublatis.

Symbolum: *Artem quævis terra alit.*

Sergius Galba; à Gallis, Hispanisque exercitibus Imperator salutatus; ob nimium tamen militum rigorem in foro Romæ occidebatur A. C. 69.

Symbolum: *Miles legendus, non emendus.*

Sylvius Otto, cùm à Vitellio prope Cremonam vinceretur, amissis suorum 40000.

in

in pugionem erectum incumbendo seipsum interfecit A C. 69.

Symbolum: *Unus pro multis.*

Aulus Vitellius, injecto cervicibus laqueo, seminudus in forum tractus, tandem minutissimis ictibus excarnificatus, ind uncô tractus in Tyberim, A. C. 69.

Symbolum: *Bonus odor hostis, melior civis occisi.*

Vespasianus an. 69. Imperator salutatus, postquam Tito filio suo negotium dedisset Jerosolymam evertendi. Erat vir verè imperatoriis virtutibus clarus, si avaritiam excipias, siquidem latrinis etiam, fimetisque imposuit tributa; ad indignitatem rei stomachante Tito filio, nummum admovit naribus cum dicto: *lucri bonus odor undecunque adveniat.* Cùm ultimum agonem subiret, è lecto sese erexit, dicens: *Imperatorem oportet stantem mori.* Obiit A. C. 79.

Symbolum: *Lucri bonus odor de qualibet re.*

Titus, filius Vespasiani Imp. Jerosolymam expugnavit, totámque devastavit A. C. 70. Toto illo obsidionis tempore undecies centena Judæorum millia desiderati sunt: nonaginta septem millia in servitutem acti. Erat vir scientiâ, virtute & bello clarissimus. Obiit veneficio (ut creditur) Domitiani fratris, A. C. 81.

Symbolum: *Non oportet, quemquam à conspectu Principis tristem discedere.*

Domitianus, ob ingentia scelera universis exosus, tandem suorum conjuratione occisus est A. C. 98. Hic Imperator non rarò cubili suo se inclusit, & muscas parietibus fortè insidentes acu aurea confixit; unde cuidam percunctanti: quis esset intùs apud Cæsarem? argutè responsum est: *Ne musca quidem.*

Symbolum: *Fallax bonum regnum.*

Nerva Coccejus, in senectute Imperator electus, debilitate, stomachi moritur A. C. 100.

Symbolum: *Mens bona regnum possidet.*

Ulpius Trojanus, qui communi omnium calculo *Optimus Princeps* vocabatur, ventris profluviô extinctus est A. C. 119. Hic Imperator equos cursorios (*Postas* hodie vocant) per Romanas ditiones constituit. Literas & Literatos impensè fovens, scholas passim per Italiam aperuit, & 5060. Juvenes ex toto Imperio selectos fecit erudiri.

Symbolum: *Qualis Rex, talis grex.*

Ælius Adrianus, obiit A. C. 140. moriens usurpavit illud vulgatum: *Multi Medici perdidêre Regem.* Mitis erat & mansuetus in Cives, præsertim Romanos. Amicos ægrotantes non rarò ipse invisit, & Convivas in mensa etiam supra se locavit.

Symbolum: *Non mihi, sed populo.*

Antoninus, cognomento *Pius*, ob mitissimam indolem. Postquam Rempublicam reddi-

reddidiſſet florentem, ipſe exaruit, A. C. 163.

Symbolum: *Melius ſervare unum, quàm occidere mille.*

Marcus Aurelius, & *Lucius verus*, uterque Imperator & Philoſophus; & hi ſunt, qui in Jure Juſtinianeo paſſim *divi fratres* appellantur. *Lucis*, ſubitâ apoplexiâ extinguitur Annô imperii 11. cujus ſymbolum erat: *Nil obiter*. Poſtea ſolus Rempublicam tenuit Aurelius, qui obiit A. C. 182.

Symbolum: *Regni clementia cuſtos.*

Lucius Aurelius Commodus, ob ſcelera ſua & foris & domi exoſus, ſtrangulatur à ſuis A. C. 194.

Symbolum: *Pedetentim & paulatim.*

Ælius Pertinax, hinc dictus, quòd Imperium invitus acceperit, patre Coquo natus; primùm Ludi moderator, tum Conſul, demum Imperator. Cùm militum mores ad frugem reducere niteretur, ab iisdem occiſus eſt A. C. 195.

Symbolum: *Militemus.*

Didius Julianus, qui Imperium à militibus emit, capitis à Senatu damnatus, juſſu Septimii Severi occiſus eſt A. C. 195.

Symbolum: *In pretio pretium.*

Septimius Severus, morti proximus, exclamaſſe fertur: *Omnia fui, & nihil mihi prodeſt*; & conſpectâ urnâ, qua poſt mor-

mortem conderetur, *tu Virum*, ajebat, *capies, quem orbis terræ non capit.* Obiit A. C. 213.

Symbolum: *Laboremus.*

Antonius Bassianus Baracella, occisus est à milite, cùm alvum exoneraturus à via declinaret; jussu Macrini, cujus vitæ insidiatus erat, A. C. 219.

Symbolum: *Omnis in ferro salus.*

Opilius Nacrinus, qui ex venatore tabellio, post Advocatus fisci, inde Præfectus prætorio, tandem Imperator evasit, occisus est à militibus rebellantibus, A. C. 220.

Symbolum: *Ferendum, ac sperandum.*

Heliogabalus, ob infanta flagitia intolerabilis, in latrina cum matre occisus, in Tyberim projiciebatur, A. C. 224.

Symbolum: *Suus sibi quisque hæres optimus.*

Alexander Severus, à rigore disciplinæ militaris sic dictus, cùm in Germania adversus suos milites, hostes domesticos pugnaret, & eorum delicta gravissimè puniret, ab iisdem non procul Moguntiâ unâ cum matre sua Mammœa interfectus est A. C. 237. Hic Imperator inter Imperatores primus, Christum domi inter Deos suos adoravit, sæpiúsque dixit verba hæc, cedrô & aurô indignissima: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*

Symbolum: *Quod tibi, hoc alteri.*

Maxi-

Maximinus, primùm pastor, mox miles, pòst *satelles* Alexandri Severi, tandem sola *militum* voluntate, inconsulto Senatu factus *est* Imperator; interfectus est à suis A. C. 239. Hic immanis & insatiabilis helluo erat, qui sæpe in die 8. congios; id est, 24. mensuras potavit, & 40. vel etiam 60. carnis libras voravit.

Symbolum: *Quò major, eò laboriosior.*

Gordianus III. interfectus est A. C. 245.

Symbolum: *Miser Princeps, apud quem vera tacentur.*

Philippus Arabs, cum filio *Philippo*, uterque à militibus necatus est; Pater Veronæ, filius Romæ A. C. 253.

Symbolum: *Militia regno idonea.*

Decius, persecutor maximus Christianorum, unà cum filio misere periit. Bello adversùs Gothos infeliciter gesto, primùm filius ejus cæsus est, mox Pater hostem fugiens, paludis voragine absorptus A. C. 254.

Symbolum: *Apex Magistratûs Autboritas.*

Trebonianus, & *Volusianus* ejus filius, ambo à militibus interfecti sunt A. C. 256.

Symbolum Treboniani: *Nemo amicus, idem & adulator.*

Symb. Volusiani: *Sine vano publica fama.*

Æmilianus, ad tumultum præcavendum à Senatu eligitur, & à suis occiditur A. C. 256.

Symbolum: *Non gens, sed mens.*

Vale.

Valerianus à Sapore, Persarum Rege captus, scabelli locò habitus est, cùm is equum conscenderet,; demum excoriatus, saleque conspersus miserè interiit A. C. 2·2.

Symbolum: *Non acerba, sed blanda timenda.*

Gallienus, Valeriani filius, dolô Ducum interfectus est Mediolani A. C. 269.

Symbolum: *Propè ad summum, propè ad exitum.*

Flavius Claudius, Imperium laceratum resarciens, lue tactus occumbit A. C. 271.

Symbolum: *Rex viva lex.*

Quintilius, Claudii frater decimo septimo die ex insidiis peremptus, vel, ùt alii volunt, solutis sibimet venis, A. C. 271.

Symb *Honesta mors, honesta turpitudo.*

Aurelianus, qui primus Romanorum Imp. Coronam auream tulisse fertur, occiditur fraude servi sui A. C. 278.

Symbolum: *Quò major, eò placabilior.*

Tacitus & Florianus frater ejus, uterque exiguo tempore Imperium tenuit. Tacitus febri extinctus A. C. 279. Eodem anno Florianus à suis trucidatus.

Symbolum Taciti: *Sibi bonus, aliis malus.*

Symb. Floriani: *Injuria unius, mina multorum.*

Aurelius Probus, pace ubique partâ, ajebat, *brevi fore, ne opus sit milite*, quò dicto incurrens odium militum, occiditur ab iisdem A. C. 283.

Symbolum: *Pro stipe labor.*

Carus,

Carus, Imperator factus, mox filios suos *Numerianum* & *Carinum* Cæsares fecit. Hi tres Principes vix totum triennium imperâsse dicuntur; adeóque usque ad A. C. 286.

Symbolum Cari: *Bonus Dux bonus Comes.*

Symbolum Numeriani: *Esto, quod audis.*

Symbolum Carini: *Cedendum multitudini.*

Diocletianus, cùm se unum imparem cerneret sustinendo Imperio, in Imperii Collegam delegit *Maximianum*. Uterque tyrannus, eodem die & anno coronam & sceptrum deposuit. A. C. 306. Rem miram, & hactenus Romæ inauditam.

Symbolum Diocletiani: *Nihil difficilius, quàm benè imperare.*

Symb. Maximiniani: *Melius est mori, quàm sibi vivere.*

Constantius Chlorus, & *Galerius*, quorum primus decessit Eboraci in Brittannia A. C. 306. Alter computrescente corpore crepuit A. C. 311. Inter hos duos Imperatores divisus est Orbis Romanus, ut Constantius præesset Occidenti, & Gallerius Orienti.

Symbolum Constantii: *Virtus, dum patitur, vincit.*

Symbolum Galerii: *Tutum silentii præmium.*

Constantinus Magnus, Constantii & Helenæ filius, obiit A. C. 337. ætat. 65. Imperii

perii 31. Hic primus omnium Imperator Christianus, ubique cruces erexit, & inhibuit, ne quis imposterum afficeretur crucis supplicio. Cùm Romæ à Sylvestro Pontifice baptizaretur, eidem Romanæ Urbis & circumjacentis Latii Dominium dono dedit. Coacto Nicæno Concilio ex 318. Episcopis, ipse interfuit, &, si *Tursellino* credimus, assedit postremus. Cùm contra Maxentium tyrannum pugnaret, vidit in Cœlo Crucem coruscantem, hisce inscriptam: *In hoc signo vinces.* Constantinopolim condidit, sedem quoque Imperii eò transtulit; & sic scissum est Imperium in *Orientale*, & *Occidentale*. Unde & ortum habet hodiernum signum Imperiale *bicipitis Aquilæ*.

Symbolum: *Immedicabile vulnus ense recidendum.*

Constantinus II. Constantius & Constans, hi tres *Constantini Magni* filii paternas ditiones inter se diviserunt. *Constantino* cessit Gallia, Hispania, Britannia & pars Germaniæ: *Constantio* Asia & Oriens: *Constanti* Italia, Græcia, Africa. Constantinus occiditur à Constantio fratre A. C. 340. Constantinus febri extinguitur A. C. 361. Constans occiditur à rebelli Comite *Magnentio*, A. C. 350.

Symbolum Constantini: *Difficilia, quæ pulchra.*

Symbolum Constantii: *Patiens sit Principis auris.*

Sym-

Symbolum Constantis: *Crescenti superbia, decrescit fortuna.*

Julianus Apostata; à pueritia Christianus erat, sed factus Imperator apostatavit, cultúmque Deorum impiè restituit. Adversùs Christum, quem contumeliosè *Galilæum* appellabat, septem libros evomuit, quos S. Nazianzenus, & Cyrillus solidissimè confutârunt. Tandem in bello Persico sagittâ è Coelo missâ trajectus, cruorem è vulnere exceptum in aëra excussit cum anima, adjectâ blasphemia: *Vicisti! Galilæe, vicisti!* A. C. 363.

Symbolum: *Pennis suis feriri grave.*

Jovianus, melior sanè Christianus, quàm Princeps; mox Episcopos à Juliano Apostata proscriptos revocavit, idoláque sustulit. Obiit in Galatia, vapore carbonum vivorum, quibus cubiculo submitti calorem curaverat, suffocatus A. C. 364.

Symbolum: *Scopus vitæ meæ Christus.*

Valentinianus & *Valens*; primus obiit A. C. 375. *Valens* autem igne periit A. C. 378.

Symbolum Valentiniani: *Princeps Servator justus.*

Symbolum Valentis: *Alienus ab ira, alienus à justitia.*

Gratianus, Princeps planè Orthodoxus, in Galliis à suo duce *Maximo* interficitur A. C. 383.

Symbolum: *Non quàm diu, sed quàm benè.*

Valen-

Valentinianus junior, fraude Arbogasti Viennæ in Gallia strangulatus est, atque, ut voluntaria mors crederetur, laqueô è collo suspensus, A. C. 392.

Symbolum: *Amicus veterrimus, optimus.*

Theodosius I. Magnus, Religiosissimus Princeps, mortuus est Mediolani in manibus S. Ambrosii, A. C. 395. Duos habuit filios, *Arcadium* nempe & *Honorium*, eorúmque Præceptor erat Arsenius Magnus. Cùm aliquando Theodosius ingressus Scholam, Arsenium videret stantem, filios verò sedentes, indignatus mox jussit, Præceptorem sedentem docere, pueros auscultare stantes. Inter suos hos filios divisit Imperium; Arcadio tribuit Orientem, Honorio Occidentem.

Symbolum: *Eripere telum, non dare irato, decet.*

Arcadius & *Honorius* duo fratres, quorum primus obiit A. C. 408. Alter, qui post fratrem solus imperavit, obiit Romæ A. C. 423.

Symbolum Arcadii: *Summa cadunt subitò.*

Symbolum Honorii: *Malè partum, malè disperit.*

Theodosius II. periit in veneratione A. C. 450.

Symbolum: *Tempori parendum.*

Valentinianus III. confoditur A. C. 455.

Symbolum: *Omnia mea mecum porto.*

Martianus, sincerè Orthodoxus, & pacis amantissimus; hinc semper in ore habebat:

Quam-

Quamdiu pacatè vivere licet, non est Principi decorum, ut arma sumat. Obiit *A. C.* 457.

Symbolum: *Pax bello potior.*

Leo I. Princeps justitiâ & clementiâ insignis. Literas summopere æstimabat; unde optabat, ut stipendia militum in salaria Professorum converterentur. Obiit *A. C.* 474.

Symb. *Regis clementia custos.*

Zeno Isauricus, truculentus, & effæminatus, multo vino, quo indies madebat, oppressus, & pro mortuo habitus, fraude Ariadnæ conjugis, vivus tumulo illatus est; expergefactus clamores & ejulatus miscuit, sed frustra; nam Ariadna seriò vetuit, ne quis sepulchrum audeat aperire. Ita miserè periit Zeno, *A. C.* 491.

Symb. *Malo nodo, malus cuneus.*

Anastasius Dicorus, primo Orthodoxus, dein hæresin Eutichetis profitens, fulmine tactus interiit *A. C.* 518.

Symb. *Mellitum venenum, blanda oratio.*

Justinus I. primùm subulcus, tum Faber lignarius, post miles, inde prætorianæ cohortis Dux tandem Imperator evasit. Fuit Justinus Religionis Catholicæ acerrimus propugnator & custos. Obiit *A. C.* 527.

Symb. *Quod pudet, hoc pigeat.*

Justinianus I. Princeps sanè sapientissimus, in amentiam tandem incidens, moritur *A. C.* 565. imperavit 38. an. sub hoc Impe-

ratore floruit Belisarius, Romanorum gloria, qui innumeras provincias Imperio restituit; ex invidia tandem accusatus, adeò fuit depressus, ut mendicare coactus: *date obolum Belisario, quem virtus extulit, invidia depressit.*

Symbolum: *Summum jus, summa injuria.*

Justinus II. obiit ex podagra. A. C. 578.

Symbolum: *Libertas res inæstimabilis.*

Tiberius II. Vir justus ac munificus, cùm à Sophia Augusta reprehenderetur, quòd ob nimiam suam munificentiam ad pauperiem redacturus esset Rempublicam, respondit: nequaquam; non deerunt nummi fisco nostro, quod inde pauperibus elargiemur. Obiit A. C. 583.

Symbolum: *Stirps pauperum, thesaurus pauperum.*

Mauritius, cùm 12000. suorum militum, à Cagano Hunnorum Rege per plura prælia captorum, nollet vel levissimo lytro redimere, & ob id omnes à Barbaro trucidati essent, ob talem avaritiam militibus exosus, cum conjuge ac quinque liberis ante oculos ejus trucidatis, jugulatur A. C. 602.

Symbolum: *Quod timendum, idem crudele.*

Phocas, homo deses, gulæ, cædibus, libidini deditus, ob effusam libidinem adempta virilitate truncatur. Cadaver in mare projectum, vel, ut quidam tradunt, combustum est. A. C. 610.

Sym-

Symbolum: *Fortunam citiùs reperias, quàm retineas.*

Heraclius, deserta Christiana fide, lapsus est in hæresin Monothelitarum. Obiit ex hydrope *A. C.* 641. sub hoc Principe prodiit illa, velut extrema Erebi vomica & lues Orbis, *Mahometes*.

Symbolum: *A DEO victoriam.*

Constantinus III. Venenô sublatus est *A. C.* 641.

Symbolum: *Insania læta voluptas.*

Heracleon unà cum matre sua Martina, ex decreto Senatûs in exilium pulsus, nasô prius mutilatus, periit *A. C.* 641.

Symb. *Mali principii, malus exitus.*

Constans II. in balneo occiditur *A. C.* 668.

Symb. *Parendum est necessitati.*

Constantinus IV. qui jus confirmandi electum Pontificem, hactenùs ab aliquot Imperatoribus indebitè usurpatum, jure optimo remisit, obiit 685.

Symb. *Quod citò fit, citò perit.*

Justinianus II. unà cum filio Tiberio jugulatur *A. C.* 711.

Symb. *Multi nimiùm, nemo satis.*

Philippicus Bardanes, oculis, simùlque regno orbatur, *A. C.* 713.

Symb. *Fortuna citò reposcit, quæ dedit.*

Anastasius II. regnô privatur. *A. C.* 714.

Symb. *Si non dat, accipit ultrò.*

Theodosius III. spontè exutâ purpurâ, Monachum induit, *A. C.* 716.

Symb. *Patientia remedium malorum.*

Leo III. Isauricus; ab hæresi ductus *Iconomachus* (Bilder-Stürmer) in sacras imagines passim grassatus, ipsius DEI hominis, & Virginis DEI Matris effigies in foro publico concremavit, simulque ullam servari imaginem sacram severissimè prohibuit. Tandem hic Leo regere, aut potiùs rugire desiit, mortuus ex dysenteria, *A. C.* 741.

Symb. *Occulti inimici, pessimi.*

Constantinus V. Copronymus, sic dictus, quòd Baptismum ventris sordibus inquinârit. Inter prima regni opera habuit, debacchari in sacras imagines, in Divorum lipsana, & utrorumque cultores diris suppliciis afficere. Tandem divinitùs in cruribus anthrace percussus, miserè periit, identidem ingeminans, se ob dehonoratam B. Virginem adhuc vivum cremari perenni igne, *A. C.* 775.

Symb. *Quid sine pectore corpus?*

Leo IV. Filius Copronymi; sicut pater, ita & filius in sacras Imagines sæviit, earumque cultores; scilicet mali corvi, malum ovum. Consumptus est ardentissimâ febri inter atroces dolores, *A. C.* 780.

Symb. *Quò fortuna, si non uteris?*

Constantinus VI. Jussu Irenis matris, eò quòd malè regnaret, excæcatus, obiit *A. C.* 797.

Postea

Postea Irene sola regnavit, sed non nisi quatuor annos. Sub hac Imperatrice Ecclesiæ rediit suus nitor, & pax, & prisca fides; erat enim fœmina sanè egregia.

Symb. *Mulieri imperare res desperata.*

Imperatores Romano-Germanici.

Carolus Magnus, primus Romano-Germanicus Imperator, Ingelheimii in inferiori palatinatu prope Moguntiam natus, patre Pipino Rege Franciæ, qui Romam profectus, ibidemque à Leone III. Papa primus post interruptionem Imperii Occidentalis, in Imperatorem Occidentis *A. C.* 800. inunctus est, & coronatus. Princeps sanè ubique maximus, Marte, arte, religione; imò talis, cujus etiam natale solum Galli invident Germanis. Obiit Aquisgrani *A. C.* 814. ætat. 72. Imperii 14. Regni Francici 47. sepultus ibidem in Æde B. Virginis, quam ipse vivus magnificè exstruxit.

Symb. *Christus regnat, Christus vincit, Christus triumphat.*

Ludovicus I. Pius, Caroli Magni filius, vitâ & moribus optimus, obiit pientissimè Moguntiæ *A. C.* 840. Imperii 26. Divisis tamen antè Imperiis inter filios; & dicitur *Lothario* obtigisse Italia, & quidquid à Mosa flumine ad Austrum vergit: *Carolo*, quidquid

 occi-

occidentem ſpectat: *Ludovico* ſola Bojaria *Pipinus* autem quartus filius antè jam erat mortuus.

Symb. *Omnium rerum viciſſitudo.*

Lotharius I. Filius natu major Ludovici Pii, humanarum rerum pertæſus, in Monaſterio Prumienſi Benedictinum Monachum induit, nec ita multò poſt piam mortem oppetiit, *A. C.* 855. Imperii 15.

Symb. *Ubi mel, ibi fel.*

Ludovicus II. Princeps pius, juſtus, & ſpecialis cultor Pontificis; nam, cùm Nicolaus Papa ad ejus caſtra accederet, factus obvius Pontificalem equum freno deduxit. Obiit Mediolani *A. C.* 875. Imperii 19. nullâ relictâ virili ſtirpe.

Symb. *Par ſit fortuna labori.*

Carolus II. Calvus, Franciæ Rex, filius Ludovici Pii natu minimus, acceptâ Imperatoris morte, Romam properans, coronatur Imperator à Joanne VIII. Pontifice, fruſtra renitente fratre Ludovico Rege Germaniæ, qui ætatis privilegio præcellebat. Obiit Mantuæ, à Sedechia Medico ſuo Judæo necatus venenô *A. C.* 877. Imperii 2.

Symb. *Juſtitiam injuſtitia parit.*

Ludovicus III. Caroli II. Filius, *Balbus* dictus ob tarditatem loquelæ; Vir manſuetus & probus; debilis autem ac morboſus. Venenô necatur *A. C.* 879. cùm imperâſſet annum 1. cum dimidio.

Symb. *Nemo placet omnibus.*

Caro-

Carolus III. Crassus, Ludovici Regis Germaniæ filius, felicissimus, simùlque erat, infelicissimus, quia erat Imperator, & trium simul regnorum Rex, Italiæ, Galliæ, Germaniæ; tandem tanquam inutilis Reipublicæ à Germaniæ Proceribus desertus, mendicatò vivere debuit, donec ab Arnulpho successore suo quidpiam annui censûs impetrârit. Obiit præ mœrore animi, *A. C.* 888. cùm imperâsset 8. annos; sepultus in Monasterio Reichenau in Suevia.

Symb. *Os garrulum intricat omnia.*

Arnulphus, filius naturalis Carolomanni olim Italiæ Regis, propinato sibi in Italia venenô, rediit in Germaniam, ubi ingravescente magis in dies morbô, extinctus est Oettingæ in Bavaria. *A. C.* 899. Imperii 12. tumulatus in Monasterio S. Emmerami Ratisbonæ.

Symb. *Facilis descensus averni.*

Ludovicus IV. Arnulphi filius, puer septennis, Forchemii à Proceribus salutatur Imperator. Moderator *Valdo* fuit Episcopus Frisingensis. Quo Principe Germani Hunnis, seu Ungaris vestigales sunt facti. Obiit *A. C.* 912. ætatis 19. Imperii 22. sepultus in Monasterio S. Emmerami Ratisbonæ. In hoc surculo stirps Caroli Magni exaruit.

Symbolum: *Multorum manus, paucorum consilium.*

Conradus I. antè Dux Franconiæ, sub quo Cæsare perfecturæ Marchionum & Comitum, quæ hactenus temporariæ fuerant, cœperunt perpetuæ fieri, & jure feudi transire ad Successores. Obiit A. C. 919. Imp. 7.

Symb. *Fortuna, cùm blanditur, fallit.*

Henricus I. Auceps ab aucupio sic dictus, primus è Saxonia Imperator; Princeps magnanimus, pius & prudens. Hunnorum impetus fregit, iisque tributum à Ludovico IV. promissum negavit. Ludos Equestres (vulgò Thurnier) primò instituit. Contra hostium irruptiones, Marchias, seu limitaneas Imperii Præfecturas constituit. Obiit *A. C.* 836. Imperii 16. sepultus Quedlinburgi Saxoniæ.

Symb. *Piger ad pœnas, ad præmia velox.*

Otto I. Magnus, filius Aucupis; Magnus bellô & pace. Hunnos seu Hungaros, quos diversi Germaniæ Principes ex Hungaria evocârunt, ad Lycum (Lechfluß) prope Augustam Vindelicorum penitùs prostravit, Rege eorum *Bulko*, cum quatuor ducibus, Ratisbonæ è patibulo suspensô. Tandem, cum aliquando media nocte surgeret ad psallendum Deo cum reliquis Ascetis, morte tactus, placidè obiit Quedlinburgi in Saxonia, *A. C.* 973. Imp. 38.

Symb. *Aut mors, aut vita decora.*

Otto II. Filius Ottonis I. brevi moriturus, opes suas privatas distribuit in quatuor partes, unam filio, duas Ecclesiis tribuit, quartam aulæ suæ Ministris. Ecclesiæ Paderbornensi auream Crucem dono dedit, cum hac inscriptione: *Auri sexcentas Crux hæc habet aurea libras*. Obiit Romæ, sepultus in Basilica S. Petri, *A. C.* 983. Imperii 10.

Symbolum: *Pacem cum hominibus, cum vitiis bellum.*

Otto III. filius Ottonis II. Huic Imperatori Gregorius V. Papa ea concessit pacis fœdera, ut Imperator deinceps non nisi à Germanis, iisque destinato numero, Viris Principibus eligeretur. Antè enim jus eligendi Cæsarem universis competebat. Alii tamen aliter sentiunt de hoc Electorum ortu. Obiit sine prole *A. C.* 1002. Imperii 18.

Symb. *Unita virtus valet.*

Henricus II. dictus etiam *Claudus* à crure fracto; item *Sanctus* à vitæ integritate. Filius erat Henrici Ducis Bavariæ, in Arce (Abach) prope Ratisbonam natus. Hic Imperator in deliciis potissimùm habuit viros Religiosos & celebres à sanctitatis fama, quorum operâ & familiaritate assidue utebatur; imò ipse Monachum Benedictinum induisset, nisi à proposito, Ecclesiæ & regnis magis noxio, quàm proficuo, fuisset absterritus. Obiit *A. C.* 1024. Imperii 22. sepultus

Bambergæ in Basilica à se structa, & *A. C.* 1152. ab Eugenio III. Pontifice in Sanctorum numerum relatus.

Symb. *Ne quid nimis.*

Conradus II. Salicus, sic dictus, quia erat ex gente Francorum, qui *Salici* dicebantur. Hic Imperator mox primum inaugurationis diem virtutibus verè regiis ornavit, nam omnes eos, à quibus etiamnum Dux Franconiæ offensam acceperat, recepit in gratiam. Eodem die, cùm ipsi occurrerent tres miseri homines, iisque ab Aulicis auditus negaretur, illos his verbis castigavit: *sinite me personam agere, quam mihi Respublica imposuit, neque enim digniùs possum auspicari Imperium, quàm à cultu justitiæ ac misericordiæ.* Obiit *A. C.* 103. Imperii 14.

Symbolum: *Omnium mores, tuos imprimis observa.*

Henricus III. Niger dictus à nigra cæsarie. Princeps verè pius, justus & clemens. Obiit Bottfeldii in Saxonia præsente Victore II. Pontifice, *A. C.* 1056. Imp. 17.

Symb. *Qui litem aufert, execrationem in benedictionem mutat.*

Henricus IV. filius Henrici III. Verè pestis Imperii. Munia Ecclesiæ palàm vendidit, nihil veritus simoniæ scelus. Guibertum Ravennæ Episcopum Antipapam Gregorio VII. opposuit. Romam obsidione biennio

pressit.

pressit. *Ob hæc*, aliáque scelera sæpiùs excommunicatus, tandem à filio suo Henrico de *throno* dejectus, miserè obiit Leodii *A. C.* 1106. Imperii 50. Cadaver ejus, tanquam excommunicati, jussu filii refossum, integrô quinquenniô sepulturâ caruit.

Symbolum: *Multi multa sciunt, se autem nemo.*

Henricus V. talis filius, qualis pater. Odia in Pontifices non modò non posuit, sed auxit. Tandem pertæsus motuum, & infausti Schismatis, cum Calixto II. Pontifice rediit in gratiam, ejuratô jure creandi sacros Antistites. Et sic Ecclesiæ & Imperio pax & serenitas refulsit. Obiit nulla relicta virili stirpe *A. C.* 1125. imp. 19.

Symbolum: *Mortem optare malum, timere pejus.*

Lotharius II. Dux Saxoniæ. Princeps sanè piissimus; Sacerdotes colebat ùt Patres: Viduas ùt Matres; pauperes fovebat ùt filios, iisque accumbentibus ad mensam subinde ministrabat. Codicem Juris Civilis hactenùs amissum reperit, ac promulgavit *A. C.* 1135. jussitque in Scholis legi. Obiit *A. C.* 1137. Imp. 13.

Symb. *Audi & alteram partem.*

Conradus III. Sueviæ Dux. Cùm Welphus Bavariæ Dux, prælio victus, Winspergæ in Saxonia gravissima obsidione premeretur, conventum erat in has leges, ut dedita

Urbe

Urbe liceret mulieribus exire salvis, & securas portare, quidquid sarcinarum suismet humeris portare valerent. At illæ, relictis cæteris omnibus, maritos dorso susceptos extulerunt, intérque hos per suam Conjugem etiam Welfus evasit. Delectatus ingeniosa hac charitate Cæsar, etiam cætera efferendi iis potestatem dedit. Obiit Bambergæ A. C. 1152. Imp. 14. ab hoc Principe an. 1146. erectum est Judicium *Rottvvilense.*

Symb. *Pauca cum aliis, tecum multa.*

Fridericus I. Barbarossa, à rufa barba sic dictus. Victorem Anti-Papam contra Alexandrum III. defendit, indéque Schismate inter Sacerdotium ac Imperium concitatô, assiduis armis Italiam concussit. Tandem sæpius excommunicatus, & à suis desertus, cum Pontifice Alexandro in gratiam rediit. In expeditione verò contra Turcas susceptâ, Cidnum flumen Armeniæ, se lavandi gratiâ ingressus, nuspiam deinceps repertus, periit A. C. 1190. Imp. 38. Hic Imperator Bavariam *Ottoni Magno* Wittelspachio subjecit an. 1180.

Symbolum: *Qui nescit dissimulare, nescit regnare.*

Henricus VI. Friderici Barbarossæ filius. Duxit in Uxorem *Constantiam*, Rogerii Siciliæ & Apuliæ (hodie Neapolis) Regis filiam, quæ ipsi, quod pater sine justo filio decesserit, utramque Siciliam dotalem attulit.

Et sic Henricus Neapolim & Siciliam Sueviæ Ducibus acquisivit. Obiit Messanæ, haustu veneni, ab uxore propinati, *A. C.* 1197. *Imp.* 7.

Symb. *Qui nescit tacere, nescit loqui.*

Philippus II. Suevus & Otto Brunsuicensis uterque Rex inauguratus, Philippus Moguntiæ, Otto verè Aquisgrani, uterque se prò Cæsare acriter gessit. Unde cruenta partium bella; nam alii Philippo, alii favebant Ottoni. Tandem pax redditur Germaniæ, desponsatâ Ottoni, Philippi filiâ, unà cum jure successionis in Imperio. Otto Palatinus *Wittelspacbius*, eò quòd hæc filia sibi jam antè fuisset desponsata, furore plenus, Bambergam proficiscitur, & pugione interficit Philippum, post venæ incisionem in lecto quiescentem, A. C. 1208. Eidem successit *Otto IV.* ex compactis priori anno initis; qui tanquam bonorum Ecclesiasticorum invasor excommunicatus, deinde exautoratus, & demùm seriam suæ vitæ agens pœnitentiam, mortuus est, A. C. 1217.

Symbolum Philippi: *Satiùs est recurrere, quàm malè currere.*

Symbolum Ottonis: *Anser strepit inter olores.*

Fridericus II. Suevus, acerrimus Pontificum persecutor. Ab iis quinquies dicitur fuisse excommunicatus. Tandem anno

1245. exautoratus eſt, & anno demum 1250. venenô extinctus.

Symbolum: *Minarum ſtrepitus, aſinorum crepitus.*

INTERREGNUM MAGNUM, quod durabat 28. annos; nam ab exautoratione Friderici II. an. 1245. ad Rudolphi Habſpurg. Electionem fluxâre anni 28. Eo tempore DIFFIDATIONES. (das Fauſt-Recht) *uſu ſunt receptæ; in toto enim Imperio rerum omnium erat confuſio, & nil niſi ingens latrocinium. Quivis Nobilis, Civitas quævis in ſuos vicinos corripuit arma; imò Nobiles quàm plurimi in ſummis montium condebant arces, ut eò tutiores in vicinum agrum irrumpere, & latrocinia exercere poſſent.*

Rudolphus I. Habſpurgi Comes, tum à gente, quæ ortum ſuum repetit à Carolo Magno: tum à potentia (Helvetiæ enim partem, Alſatiam, Sueviæque non minimum in ſuis ditionibus numerabat) tum à virtute bellica, & à ſumma demùm pietate commendatiſſimus Princeps. In Cæſarem eligebatur Francofurti *A. C.* 1273. Inter coronationis ſolemnia, cùm Proceres vellent Sacramentum dicere, nec regium ſceptrum ad manum foret, mox Rudolphus arrepta Cruce: *Hoc, ait, totius Mundi ſceptrum eſto; in hoc ergo fidem juremus Regi.* Obiit hic Protoparens auguſtiſſimæ gentis Auſtriacæ, prope Spiram, in Oppido Germersheim, *A. C.* 1291. Imp. 18. Spiræ ſepultus.

Symbolum: *Melius benè imperare, quàm Imperium ampliare.*

Adolphus Nassovii Comes, tanto oneri impar, omnium sibi odia conscivit. Quare Moguntiæ Imperio exutus, & *Albertus* Rudolphi Habspurgici filius electus, qui eum suamet manu in pugna interfecit, *A. C.* 1298. Imp. 7.

Symb. *Præstat vir sine pecunia, quàm pecunia sine viro.*

Albertus I. Austriacus, Rudolphi Habspurgici filius. Cùm Aquisgrani coronaretur, tanta populi multitudo confluxit, ut Saxoni Electori Alberto II. vitam violento impetu expresserit. Tria potissimùm fertur habuisse in pretio: *devotos Clericos, pudicas mulieres, milites generosos.* Badenâ Rhenfeldam pergens, à Joanne Sueviæ Duce, fratruele suo nefariè jugulatus est, *A. C.* 1308. Imp. 10.

Symbolum: *Quod optimum, idem jucundissimum.*

Henricus VII. Comes Luxemburgicus, magno Electorum consensu obtinet Imperium; cui tunc non obscure imminebat Philippus Rex Galliæ, satagens, imperatoriam dignitatem transferre in suam gentem. Incertum est, morbô perierit, an hostiâ venenatâ, ab Italiæ Monacho sibi porrectâ; nam utrumque tradunt Authores, *A. C.* 1313.

Symb. *Calix vitæ, calix mortis.*

Ludo-

Ludovicus V. Bavarus, & *Fridericus III. Austriacus*, cognomine *Pulcher*, dissidentibus in Electione Principibus Germanis, ambo Reges salutati An. 1314. Octo annos pro Diademate pugnatum est. *Fridericus* tandem in campis Amphingensibus prope Mülldorffium, Bavariæ oppidum, à Ludovico cæsus, captus, cedere debuit Imperio, an. 1322. Captus in Custodiam datus est Trausnitii, quæ in superiori Palatinatu arx est; trienniô pòst, id est, an. 1325. redditus libertati; & demùm philtrô enecatus A. C. 1330. *Ludovicus* verò ad extremum è Proceribus desertus est, ejùsque in locum suffectus *Carolus* Bohemiæ Rex an. 1346. Obiit inter venandum equô lapsus, A. C. 1347. sepultus Monachii.

Symbolum Ludovici: *Sola bona, quæ honesta.*

Symbolum Friderici: *Morte beatô nil beatius.*

Carolus IV. Bohemus, de quo Maximilianus I. non semel dixisse fertur: *Hôc Carolô pestilentiorem pestem Germaniæ nunquam obtigisse.* Ita enim attrivit Imperium, ut vix ultra vires habeat ad extollendum caput. Ut filio suo Wenceslao mercaretur Imperium, singulis Electoribus centum millia aureorum promisit, quam summam cùm non posset conficere, multis civitatibus libertatem aurô vendidit. Et hæc origo est *civitatum liberarum*, seu

seu *Imperialium* (Kayserliche Reichs-Städte) Telonia aliàs fisco Cæsaris debita, Principibus concessit. Superioritatem, seu Jus supremum in provincias subjectas iisdem Principibus permisit, quam antè non ex toto tenuerant. Iisdem, ut vestigalia pro suo lubitu & ærario indicerent, permisit. Principatus Italicos vendidit. Bullam Auream condidit. Obiit Pragæ A. C. 1378. Imp. 32.

Symb. *Optimum alienâ insamiâ frui.*

Wenceslaus Piger, Caroli IV. filius. Ortu, gestis, moribus funestissimus Princeps. Non solùm carnificem, quem patrinum suum vocavit, sed & molossum assiduè à latere secum duxit, ut ad nutum Tyranni obvios homines interficerent. Joannem Nepomucenum, Imperatricis confessarium, cùm secreti custos constantissimus permansisset, in Moldavam fluvium præcipitari jussit. De cæteris ejus vitiis melius est tacere, quàm loqui. Tandem ob ignaviam imperio exutus est an. 1400. Obiit Pragæ A. C. 1419.

Symb. *Morosophi moriones pessimi.*

Rupertus, Comes Palatinus Rheni. Exauctoratô Wenceslaô, eligitur an. 1400. Rupertus. Princeps acri ingenio, magno animo, & prono in literas. Obiit Oppenheimii A. C. 1410. Sepultus Heidelbergæ.

Symb. *Misera res, digna est misericordiâ.*

Sigismundus, Hungariæ, Bohemiæque Rex, & Elector Bandenburgicus, cùm ei à reliquis

Electoribus ob Regiam dignitatem deferretur prærogativa suffragii, seipsum in Cæsarem dicitur elegisse. Fuit præstanti ingenio, rara eruditione, tantâ insuper facundiâ, ut hac parte facilè omnes ævi sui Reges præcelleret. Obiit A. C. 1437. Imp. 27.

Symb. *Sic cedunt munera fatis.*

Albertus II. Austriacus, ob suam pietatem *Monachus* dictus, Rex Ungariæ & Bohemiæ. Acceptô nuntiô, se omnium votis creatum esse Cæsarem, primùm renuit, modestè dicens, se jam antè majora meritis possidere, addens insuper illud scripturæ: *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur; animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Tandem legatorum precibus victus, lacrymans suscepit Imperium. Obiit immoderatô peponum esu, A. C. 1439. Imp. 2.

Symb. *Amicus, optima vitæ possessio.*

Fridericus III. Austriacus, Cæsar electus, non statim annuit, sed prius consultô DEO flexis ante crucem Christi genibus, demùm electioni assensit. Cùm an. 1462. à propriis civibus Viennæ in arce Regia obsideretur, faméque penè ad incitas redigeretur, liberatus tamen à Georgio Podiebradio Bohemo, perduelles omnes in fidem recepit, neminémque affecit suppliciô. Obiit Lincii, refectô priùs crure, A. C. 1493. Imp. 53.

Symbolum: *Rerum irrecuperabilium felix oblivio.*

Maxi-

Maximilianus I. Princeps sanè piissimus & justissimus. Nullum unquam indecens verbum ex ejus ore excidit. Iturus ad lectum ne cubicularium quidem ad exuendum admisit. Verbô: nudum eum nemo vidit, impurum nemo audivit. Cibo vescebatur modico; Sitim non rarò levabat aquâ, de proximo fonte haustâ. Juris & justitiæ magnam curam habuit. *Pacem publicam* (den Land-Frieden) lata lege sancivit, *diffidationum* reliquias profligavit; & ne cuiquam de negata justitia querendi locus superesset, *Judicium Cameræ Imperialis* constituit Spiræ an. 1495. Obiit pientissimè Welsii, oppido superioris Austriæ A. C. 1519. Imp. 25.

Symb. *Tene mensuram, & respice finem.*

Carolus V. Maximiliani ex Philippo filio (Hispaniæ & Belgarum Principe) Nepos; Gandavi natus. Princeps summa pietate: quotidie Missæ intererat: noctu surgebat, & orabat: manè per horam integram canonicos psalmos fundebat: imò indies ternas, quaternásve horas Dei & Sanctorum cultui impendebat; unde passim tunc de eo dicebatur: *Carolus sæpiùs cum DEO, quàm cum hominibus loquitur.* Cùm per Galliam Belgium peteret, & Parisiis fœmina nimis speciosa ipsi somnum capienti offerretur, cum indignatione venerem respuit, testatus crebrò & seriò, *dolorem, fili, maximum esse de juventutis suæ delictis; [illegible] mortuâ conjuga*

 Augu-

Augustâ nunquam se admissurum amores etiam honestos. Catholicæ fidei acerrimus custos erat, nec minùs vindex novarum sectarum. Anabaptistas Monasterienses ejecit Westphaliâ; Martinum Lutherum publico edicto proscripsit, ejúsque libros rogo damnavit, interdictâ simul omnibus eorum lectione. Tandem rerum humanarum pertæsus an. 1556. resignavit Imperium Ferdinando fratri suo. Obiit pientissimè in Hispania, in Escuriali Hieronymi A. C. 1558. Imp. 38.

Symbol. *Plus ultra*!

Ferdinandus I. Caroli V. Frater. Princeps piissimus & vigilantissimus. Manè horâ quintâ surrexit, preces fudit, missam audivit; inde præfuit consiliis publicis usque ad tempus cibi. *Transactioni Passaviensi*, in qua concessio bonorum Ecclesiasticorum hæreticis facta fuit, lacrymans subscripsit. Ne Lutherus in Germania & Hungaria plus ultra hydresceret, evocavit in has oras PP. Jesuitas. Modis omnibus egit, ut *Protestantes* ad Concilium Tridentinum irent, sed surdis fabulam cecinit, utpote diffidentibus suæ causæ. Obiit Viennæ A. C. 1564. Imp. 6.

Symb. *Fiat justitia, & pereat mundus.*

Maximilianus II. Ferdinandi filius. Princeps doctissimus, ac suavissimus. Septem linguarum gnarus, *Germanicæ*, *Italicæ*, *Gallicæ*, *Hungaricæ*, *Bohemicæ*, *Latinæ*, & *Hispanicæ*, suo quemque idiomate alloquebatur, & respon-

spondebat. Nemo ab eo tristis, nemo non suo *voto*, vel etiam ultra potitus, discessit. Obiit *pientissimè* Ratisbonæ in arce Episcopali *in* ipsis Comitiis, A. C. 1576. Imp. 12.
Symb. *Dominus providebit.*

Rudolphus II. Maximiliani filius, Arte & Marte potens. Eleganter pingere, atque affabrè formare potuit horologia. Hæresin & hæreticos variis modis attrivit; Gebhardum de Waldpurg, Archiepiscopum Coloniensem, utpote à fide Apostatam Electoratu exuit; ope præsertim *Ernesti*, Ducis Bavariæ, qui & Gebhardo successit an. 1583. Werdam Danubicam (Donauwörth) Imperii civitatem, post recepta Novatorum dogmata, Processioni ab Abbate S. Crucis institutæ magnas injurias inferentem, Bavaricæ ditioni subjecit, an. 1607. Obiit Pragæ A. C. 1612. Imp. 35.
Symb. *Omnia ex voluntate Dei.*

Matthias, Rudolphi frater. Princeps belli pacisque artibus clarissimus; prudens, pius, justus, clemens, munificus: verbô, Austriacus. Obiit Viennæ A. C. 1619. Imp. 7.
Symb. *Concordi lumine major.*

Ferdinandus II. Matthiæ cognatus; nemini Cæsarum Regúmque secundus. Episcopatus varios ampliavit, & ditavit. Parochias, Templa, Monasteria & Collegia erexit plurima, inter quæ soli PP. Jesuitæ novem numerant domicilia. *Maximilianum I.*

Bavariæ Ducem, eò quòd in *Montevillo* propè Pragam rebelles Bohemos cum eorum Rege, Friderico Palatino (Winter-König) an. 1620. prostraverit, in Comitiis Ratisbonensibus tum in belli sumptus, tum in præmium laboris creavit S. R. I. Electorem Dapiferum, adjecto Ducatu Palatinatûs Superioris, an. 1623. In iisdem Comitiis *Tillium*, ducem gloriosissimum, qui ex vulnere à Suecis ad Lycum acceptô, Ingolstadii, an. 1632. pientissimè obiit, dignitate comitis exornavit. Bona Ecclesiastica, per contractum Passaviensem hæreticis concessa, an. 1629. repetiit. Obiit Viennæ A. C. 1637. Imp. 38.
Symb. *Legitimè certantibus.*

Ferdinandus III. Ferdinandi II. filius. Verè dignus & justus Imperator. Annô ætatis 17. jam Theses ex Jure defendit, magno plausu etiam præsentis Patris. Marianam devotionem ineffabili Zelo promovit, primus auctor, ut festum *Immaculatæ Conceptionis* per Austriam solenniter coleretur. Deum Eucharisticum solenni ejus festo, etiam in castris militari plausu circumvexit. Cruentissimo bello, quod 30. annos durabat, finem imposuit per *pacem Westphalicam* anno 1648. quam tamen Innocentius X. Pontifex, utpote rei Divinæ ac Religioni perniciosam improbavit, fidemque à Catholicis datam nullius esse roboris, palàm decrevit. Obiit Viennæ. A. C. 1657. Imp. 20.

Sym-

Symbolum: *Pietate & justitia.*

Leopoldus, Ferdinandi III. filius. Ob exquisitissimas virtutes pluribûs coronis dignissimus Princeps. *Collegium Naturæ curiosorum*, item *Collegium Imperiale Historicum*; item *Collegium Artis Consultorum*, Viennæ vel primò introduxit, vel multis privilegiis auxit, & ornavit. Leopoldstadium erexit. Viennam ipsam, ejusque suburbia firmiora reddidit, Pyramidem ex pario lapide 66. pedibus altam in honorem SS. Trinitatis posuit. Comitia Imperii coëgit Ratisbonæ, quæ hactenus nunquam soluta sunt an. 1662. Judicium Cameræ Imperialis, Spirâ flammis combustâ, *Wezlariam* transtulit an. 1693. Cara Mustapha supremus Vezirius cum 200. millibus Turcarum an. 1683. Viennam obsidens, à Joanne Casimiro Poloniæ Rege, Maximiliano II. Bavariæ Electore, & Joanne Georgio Electore Saxoniæ, non solùm obsidionem solvere coactus est, sed totâ etiam Hungariâ pulsus. Tandem induciæ in 25. annos Turcis concessæ sunt an. 1699. Carlowizii, Sclavoniæ oppido. Bavari cum Gallis à Cæsareanis ad montem Schellenberg, & denuò ad Höchstadium an. 1704. cæsi sunt; ipsémet Tallardus cum 12000. Gallorum in potestatem Eugenii; & Marleborougii venit. Obiit Leopoldus Viennæ, A. C. 1705. Imp. 47.

Symb.: *Consilio & prudentiâ.*

Josephus I. Leopoldi filius; inter bella natus, inter bella denatus. Bavarici Rustici contra Ipsum per Bavariam tumultuantes, partim occisi, partim captivi abducti sunt. an. 1705. Electores Coloniensem & Bavarum, tenentes Gallorum partes, an. 1706. exauctoravit. Principibus Brunsuico Hanoveranis *Electoralis dignitas* palam in Comitiis Ratisbonensibus an. 1708. confirmata est, quæ jam an. 1692. iisdem decreta fuerat à Leopoldo Imp. Obiit Viennæ A. C. 1711. Imp. 6.

Carolus VI. Leopoldi filius, & Josephi frater natu minor, à Patre Leopoldo Rex Hispaniæ solenniter declaratus an. 1703. Madritum in Hispania solemni pompa subiit an. 1710. Unanimi Electorum voto Romanorum Imperator declaratus, & Francofurti coronatus an. 1711. & tandem an. 1712. magnâ pompâ Hungariæ Rex, atque an. 1723. Rex Bohemiæ coronatus est. Pacem *Rastadii* cum Galliæ Rege iniit an. 1714. qua Electores Coloniensis & Bavarus suis ditionibus fuerunt restituti. Prope Petro-Varadinum sub Duce Eugenio contra 200000. Turcas nobilissimam an. 1716. obtinuit victoriam, occisis ultra 30000. Mahometarum, ipsóque Magno Vezirió. Sub eodem Duce anno 1717. Belgradum expugnavit, cæsô auxiliari Turcarum exercitu. Tandem an. 1718. pax inita est in 25. annos. Ast pro dolor!

an. 1739.

an. 1739. infelici Cæsareanorum pugnâ, Belgradum iterum in potestatem Turcarum venit. Obiit Carolus Viennæ A. C. 1740. Imp. 29. In hoc Imperatore *Genus Habspurgicum* masculum extinctum est.

Symb. *Constantia & fortitudine.*

Carolus VII. Bavarus, 24. Januarii an. 1742. in Imperatorem electus, & eodem anno 12. Febr. Francofurti coronatus. Princeps ob eximiam scientiam non unâ, sed pluribus coronis sanè dignissimus. Quamdiu rexit, tamdiu contra Reginam *Mariam Theresiam*, Caroli VI. filiam ob hereditatem Austriacam bella gessit; quæsivit námque jus ad Hungariam & Bohemiam ex testamento Ferdinandi I. Austriaci. Initiò felici Marte Pragam expugnavit, & Lincium. Tandem ab Hungaris, Pandurus, &c. turmatim advenientibus, ex superiori Austria & Bohemia unà cum Gallis pulsus, proprias ditiones Bavariam nempe & superiorem Palatinatum perdidit. Obiit Monachii inter heroicos virtutum actus ac plenam resignationem A. C. 1745.

Symb. *Unione & observantiâ legum.*

Franciscus I. Lotharingus, magnus Hetruriæ Dux, Reginæ *Theresiæ* Maritus, 13. Sept. an. 1745. Francofurti in Cæsaream electus, & eodem anno 4. Octobr. coronatus est. Ego interea nil aliud voveo, quàm ut Serenissimus Archidux *Josephus* Augustissimo

Parenti suo Francisco cito quidem, ac serò demum succedat: citò Rex Romanorum; serò, ùt Imperator.

Symb. Deo & Imperio.

§. 2.

Symbola Prophetica Summorum Pontificum.

Symbola prophetica primùm incipiunt à Cælestino II. quia autem totam Summorum Pontificum seriem scire juvat; hinc volui & de cæteris, qui Symbolum propheticum non habent, mentionem facere.

S. *Petrus* ex Bethsaida Gallileæ, Apostolorum Princeps, & primus Christi Vicarius in terris, primò sedem fixit Antiochiæ, Ecclesiamque Antiochenam condidit. Pòst verò, cùm Romæ fidei Christianæ amplior daretur locus, ibidem Summi Pontificatûs fundamenta jecit, A. C. 43. mox complures Episcopos consecravit, & in diversas Provincias ad promulgandum Evangelium misit. Simonem Magum, fusis ad Deum precibûs, ex aëre dejecit. Tandem jussu Neronis Imp. inverso corpore in crucem actus est Romæ, eodemque die S. Paulus capite plexus, A. C. 67. Sedit 24. annis.

S. *Linus*, patriâ Volaterranus, S. Petri in laboribus Apostolicis Romæ socius. In Successo-

cessorem quidem *Clementem* sibi exobtebat moriturus Petrus; at reliqui Sacerdotes *Linum* in successorem elegerunt; idque ex singulari Superûm beneficio contigisse ait S. Epiphanius, ut nempe Clericis sua libertas maneret in constituendo Summo Pontifice. Jussu Saturnini Consularis pro fide Christi decollatus est. A. C. 78. Sedit. 11. an.

S. *Cletus*, Patriâ Romanus, Primus in suis epistolis scripsit: *Salutem & Apostolicam Benedictionem*. Post plurimos pro Christiana fide exantlatos labores securi percussus est. A. C. 91. Sedit 12. an.

S: *Clemens*, Patriâ Romanus, S. Petri Discipulus, in mare præcipitatus A. C. 100. Sedit 9. an.

S. *Anacletus*, Græcus. Præcepit, ut Christifideles omnes post elevatam in Officio Divino S. Hostiam sacrô Viaticô præmunirentur ad martyrium animô fortissimô subeundum. Ipsémet martyrium subiit. A. C. 110. Sedit. 9. an.

S. *Evaristus*, Græcus, ab universo populo electus. Præcepit, ut altaria, in quibus Sacra fierent, ex lapidibus erecta Deo dedicarentur, ritu ab Ecclesia jam tum adhiberi solito. Fidelium quoque connubia clanculùm iniri, severè prohibuit. Martyriô coronatus est. A. C. 119. Sedit 9. an.

S. *Alexander I.* Romanus. Modicum aquæ vino in consecrando adhiberi jussit. Usum bene-

benedictæ aquæ magis vigere fecit; præsertim adversus lemures. Securi percussus est A. C. 130. Sedit 10 an.

S. *Sixtus I.* Romanus. Martyrium subiit A. C. 140. Sedit 10. an.

S. *Thelesphorus*, Græcus. Jejunium Quadragesimale, ab ipsis Ecclesiæ temporibus jam servatum, decretô firmavit. Declaravit, ut Sacrificium Missæ, in Natali Domini, singulis Sacerdotibus ternis vicibus licitum sit celebrare. Statuit insuper, Sacerdotes à Secularium jurisdictione immunes esse debere. Martyr occubit A. C. 152. Sedit 11. an.

S. *Hyginus*, Græcus. Præcepit, ut infantibus, aliisque baptizandis, semper unus minimùm patrinus assisteret. Martyr occubuit A. C. 156. Sedit 4. an.

S. *Pius I.* Aquilegiensis. Celebratum jam pridem Apostolico jussu die Dominico Pascha, nonnullis aliud volentibus, novo edicto firmavit. Ritum velandi & consecrandi Virgines sacras decrevit; prohibuit autem, ante 25. ætatis annum ullam recipi. Martyr. effectus A. C. 165. Sedit 9. an.

S. *Anicetus*, Syrus. Clericorum crines eum in modum resecari præcepit, ut capilli in capite reliqui coronæ formam acciperent. Gladiô succubuit A. C. 173. Sedit 8. an.

S. *Soter*, Campanus. Vir doctus & magnificus. Severè prohibuit, ne Deo sacratæ,

Vir-

Virgines vasa sacra manu contingerent, neque thuris ministerium ulla ratione ipsæ exercerent. Statuit insuper, ut quivis Christianorum ad sacram Communionem jejunus accederet. Martyriô coronatus A. C. 177. Sedit 4. an.

S. *Eleutherus*, Græcus. SS. Damianum & Fugatium in Angliam misit, à quibus Lucius Britanniæ Rex, cum regiis liberis, aulæ Ministris, & permultis aliis subditis baptizatus, eandem Romanam fidem, quam moderni Britanni malitiosè impugnant, summo cum ardore suscepit. Hic Pontificum primus, naturali morte defunctus est A. C. 192. Sedit 15. an.

S. *Victor I.* Africanus. Orientales, qui festum Paschatis non die Dominica; sed die Sabbathi more Hæbræorum celebrare volebant, excommunicavit. Martyriô donatus est A. C. 201. Sedit 9. an.

S. *Zepherinus I.* Romanus. Statuit, ut omnes fideles usu rationis prædici, sacro reficerentur epulô, postquàm sacra exhomologesi animum ritè expiâssent. Cùm gravis in Ecclesia exorietur controversia, an hæretici baptizandi, si ad Ecclesiam Catholicam redierint? mox Concilium convocavit, atque ab eo definitum est, non esse rebaptizandos; cui definitioni omnes, etiam qui fuêrre contrarii, statim acquieverunt. A quibus valde differunt nostri Novatores, qui

priva-

privatum suum judicium integris Conciliis, & sensui totius Ecclesiæ stolidè præferunt, Martyrium subiit A. C. 219. Sedit 8. an.

* S. *Calixtus I.* Romanus. Decreto sanctivit, quod jam antè in consuetudine Christianis erat, ut nimirum quatuor anni temporibus in Ecclesia triduano jejunia servarentur. Martyrio immolatus est, illatúsque cœmeterio, ejus nomen hodie gerenti: A. C. 224. Sedit 5. an.

S. *Urbanus I.* Romanus. Vir pius, & bonorum Ecclesiæ custos egregius. Calices, lampades, aliáque Ecclesiæ vasa, si reditus paterentur, argentea esse jussit ex præcepto, quæ prius ex devotione erant talia. Martyr occubuit A. C. 231. Sedit 7. an.

S. *Pontianus*, Romanus. Martyriô affectus. A. C. 235. Sedit 4. an.

S. *Antherus*, Græcus. Vix occupatâ per mensem unum Sede, peremptus est A. C. 236. Sedit 1. mense.

S. *Fabianus*, Romanus. Ecclesiarum curam. Romæ in septem Diaconos distribuit. Sancivit, ut quotannis feriâ quintâ ante diem Paschatis novum Chrysma Episcopi conficerent, residuum verò ex præterito anno cremaretur. Martyriô coronatus est A. C. 250. Sedit 15. an.

* *Sedes supra annum vocabat.*

S. Cor-

S. *Cornelius*, Romanus. Capite truncatus A. C. 252. Sedit 2. an.

S. *Lucius I.* Romanus. Capite plexus est A. C. 253. Sedit 1. an.

S. *Stephanus I.* Romanus. Inter Missarum Solemnia ab Imperatoriis satellitibus capite multatus est A. C. 257. Sedit 3. an.

S. *Sixtus II.* Græcus. Præcepit, ut Altaria versus Orientem erigerentur. Item, ut Missæ Sacrificium non nisi super Altare consecratum offeretur. Martyriô donatus est A. C. 258. Sedit 1. an.

* *Sedes Romana vacabat annô unô* (259.)

S. *Dionysius*, Græcus, Anachoreta. Vixit in pace A. C. 270. Sedit 11. an.

S. *Felix I.* Romanus. Martyrium subiit A. C. 275. Sedit 4. an.

S. *Eutychianus*, Tuscus. Præcepit, ut carnibus animalium, frugibus, uvis, fabis, aliisque similibus in Altari repositis, Sacerdotes benedictionem impertirent. Passus est A. C. 283. Sedit 8. an.

S. *Cajus*, Dalmata. Ordinavit, ut in sumendis Sacerdotum Ordinibus servarentur interstitia. Sanguinem pro Christo fudit A. C. 296. Sedit 12. an.

S. *Marcellinus*, Romanus. Hunc Donatistæ hæretici finxerunt, thura Idolis obtulisse; idque Acatholici hodiedum nobis objiciunt. Sed falsum id esse affirmat S. Augustinus, testis omni exceptione major, at-

tem-

temporum illorum vicinus. Martyr. occubuit A. C. 304. sedit 8. an.

S. *Marcellus I.* Romanus. Insignis scriptor de Primatu Romanæ sedis. A Maxentio ad Catabulum, ubi jumenta publica alebantur, relegatus, pædore ac situ loci, nudus, & cilicio vestitus interiit A. C. 309. sedit 4. an.

S. *Eusebius*, Græcus. Naturali morte defunctus est A. C. 311. sedit 2. an.

S. *Melchiades*, Africanus. Constantium Magnum Imp. non solùm sibi benevolum, sed & summè munificum fuit expertus; ab eo enim penates Plautii *Laterani*, viri Romæ Patritii, quem Nerô Imp. odiô fidei jussit occidi, donô datas accepit. Donatistas hæreticos damnavit in Concilio Romano; unde hi acceptô odiô, finxêre; eum & Marcellum atque Marcellinum PP. litâsse Idolis. Obiit A. C. 313. sedit 2. an.

S. *Sylvester I.* Romanus. Sub hoc tandem pontifice pax reddita est Ecclesiæ. Constantinum Magnum Imp. Romæ baptizavit, multisque ab eodem honoribus auctus est. Concilium primum generale Nicææ contra Arianos cogi fecit à Constantino. Templa passim erigebantur à Christianis. Vexilla à Constantino Imp. notabantur signô Crucis. Crux Domini infossa humi à S. Helena matre Constantini reperiebatur. Constantinopolitana Civitas, à Constantino erecta, Divæ Virgini

con-

conſecrabatur. *Poſt* immortalia tandem merita S. *Sylveſter* ad ſuperos migravit A. C. 335. ſedit 22. an.

S. *Marcus*, Romanus. Obiit A. C. 336. ſedit 9. menſ.

S. *Julius*, Romanus. Obiit A. C. 352. ſedit 15. an.

Liberius, Romanus. Cùm Arianis ſubſcribere nollet, à Conſtantino Imperatore Ariano in exilium miſſus eſt. Subrogato interim S. *Felice II.* qui Liberii antea Diaconus fuerat. Verùm Liberius ærumnis victus poſt bienne exilium, Arianis ſubſcripſit. In ſuam verò ſedem à Conſtantio reſtitutus, mox pœnitentiâ ductus, Arianam hæreſin palàm proſcripſit, quam tamen nunquam fuerat amplexus. Obiit 367. ſedit 15. an.

S. *Damaſus I.* Hiſpanus. Statuit, ut Pſalmi Davidici in Choro alternis vocibus canerentur, & ſingulis *Gloria Patri* adjungeretur. Obiit A. C. 384. ſedit 17. an.

S. *Siricius*, Romanus. Obiit A. C. 398. ſedit 13. an.

S. *Anaſtaſius I.* Romanus. Scripſit ad Epiſcopos Germaniæ, eóſque officii ſui commonefecit. Præcepit, ut populus Chriſtianus, cùm Evangelium à Sacerdote legeretur, ſtaret. Obiit A. C. 402. ſedit 4. an.

S. *Innocentius I.* Albanenſis. Pelagium hæreticum damnavit. Hoſtiam feriâ quintâ in cœna Domini conſecratam ſervari juſſit in

ſequentem diem pro ſacerdote, & infirmis. Obiit *A*. C. 417. ſedit 15. an.

S. *Zoſimus I*. Græcus. Ordinavit, ut Clerici non facilè ingrederentur popinas, nec vinum venale aliis porrigerent, memores potiùs lucri animarum, quàm pecuniarum. Obiit *A*. C. 418. ſedit 1. an.

S. *Bonifacius I*. Romanus. Obiit *A*. C. 423. ſedit 4. an.

S. *Cæleſtinus I*. Romanus. Pro majori devotione Eccleſiaſtici officii, pſalmos Antiphonis diſtinxit. Hæreſi Neſtoriana damnatâ, Salutationi Angelicæ hæc verba addidit: *Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus &c.* Obiit *A*. C. 432. ſedit 8. an.

S. *Sixtus III*. Romanus. Obiit *A*. C. 440. ſedit 8. an.

S. *Leo* Magnus, *Etruſcus*. Attilam Hunnorum Regem ingenti cum exercitu Italiam invadentem eloquentiâ ſuâ, ſed multò magis ſanctitate à Roma avertit. Sacrificio Miſſæ has orationes addi præcepit: *Orate fratres &c. Hanc igitur oblationem &c. Sanctiſſimum Sacrificium, Immaculatam Hoſtiam &c. Ite Miſſa eſt.* Obiit *A*. C. 461. ſedit 20. an.

S. *Hilarius*, Sardus. Primatum ſedis Romanæ, ejusque Privilegia ac Authoritatem; invicto animô conſervare laboravit. Obiit *A*. C. 467. ſedit 6. an.

S. *Simplicius*, Tiburtinus. Cujus prudentia nomini non reſpondit; erat enim Vir

appri-

apprimè *doctus*. Primatum Romanæ ſedis egregiè defendit adverſus *Anatolium* Conſtantinopolitanum Patriarcham, qui ſedem ſuam ſupra reliquas exaltare volebat. Sub hoc Pontifice, annô nimirum 480. natus eſt S. *Benedictus*, Monachorum in Occidente Parens. Obiit *A*. C. 483. ſedit 15. an.

S. *Felix III*. Romanus. Obiit *A*. C. 492. ſedit 9. an.

S. *Gelaſius I*. Afer. Anaſtaſium Orientis Imperatorem Eccleſiæ Primatui unà cum aliquot Epiſcopis reſiſtentem, in Concilio Romano refutavit, & contumaces anathemata confixit. Ob *Manichæorum* hæreſin præcepit, Sacram Synaxin ſub utraque ſpecie etiam Laicis impertiri; jam tum demonſtrans, ex Eccleſiæ arbitrio pendere, nunc unam ſpeciem, nunc utramque fideli populo concedere. Hoc Præceptum eò usque duravit, dum hæreſis evanuit. Obiit *A*. C. 496. ſedit 4. an.

Anaſtaſius II. Romanus. Hunc in Arianorum hæreſin lapſum fuiſſe, ſcribunt aliqui, præſertim hodierni Acatholici. Verùm contrarium de eodem teſtantur Baronius & Bellarminus, atque alii plures notæ melioris Hiſtorici. Obiit *A*. C. 498. ſedit 2. an.

S. *Symmachus*, Sardus. Obiit *A*. C. 414. ſedit 16. an.

S. *Hormiſda*, Campanus. Cui Clodovæus Francorum Rex, acceptô Româ nun-

tiô de nova Pontificis electione, continuò auream coronam misit. Hic Pontifex fuit antea maritus; non verò, ùt Acatholici fingunt, Pontifex simul & maritus. Obiit *A.* C. 523. sedit 9. an.

S. *Joannes I.* Thuscus. Ab hoc Justinus Imperii coronam omnium Imperatorum primus accepit: Obiit in carcere, in quem à Theodorico Gothorum Rege conjectus est *A.* C. 526. sedit 3. an.

S. *Felix IV.* Beneventanus. Hic à Theodorico Rege Clero Romano obtrusus; verum constanter à Clero repulsus, tum demum ab eo admissus est, postquam Theodoricus ventris profluviô turpem exoneravit animam. Obiit *A.* C. 530. sedit 4. an.

S. *Bonifacius II.* Romanus. Obiit *A.* C. 531. sedit 1. an.

Joannes II. Romanus. Obiit *A.* C. 535. sedit 3. an.

S. *Agapetus*, Romanus. Obiit *A.* C. 536. sedit 1. an.

S. *Sylverius*, Romanus ex Ordine S. Benedicti primus Pontifex. Cùm nollet Anthymum hæreticum ex suo exilio revocare, à Theodora Imperatrice hæretica per Belisarium ducem in exilium ejectus est, Vigiliô in ejus locum intrusô. Exul obiit *A.* C. 540. sedit 4. an.

Vigilius, Romanus. Sylverii Pontificis persecutor maximus. A Clero tamen, Sylveriô

veriô emortuô, in Pontificem electus, sicque ex *intruso factus* est legitimus. Sed mox mutatus à *pristino* errores, quos in favorem *Theodoræ* Imperatricis foverat, detestatus est. Obiit A. C. 555. sedit 11. an.

S. *Pelagius I.* Romanus. Ordinavit, ut Horæ Canonicæ ab ordinatis in sacris, qui Choro interesse nequeunt, privatim recitarentur. Obiit A. C. 559. sedit 3. an.

Joannes III. (*Benedictinus*). Obiit A. C. 572. sedit 13. an.

Benedictus I. Romanus (*Benedictinus*). Obiit A. C. 577. sedit 4. an.

Pelagius II. Romanus (*Benedictinus*). Pestifera lue, quæ per totam Europam grassabatur, extinctus est A. C. 590. sedit 12. an.

S. *Gregorius* Magnus, Romanus (*Benedictinus*). Qui, teste S. Ildephonso, sanctitate superavit Antonium, eloquentiâ Cyprianum, scientiâ Augustinum. Contra pestem Romæ sævientem, ad prælatam Imaginem B. V. Mariæ Processionem instituit: Antiphonam *Regina Cæli* composuit, majorésque instituit Litanias. Cantum Choralem, seu firmum, quem *Gregorianum* vocamus, introduxit. Antiphonarium de novo composuit, & in debitum ordinem redegit. Missæ Sacrificio varias, eásque multas ceremonias addidit, non verò ipsam substantiam Missæ, ùt Hæretici somniant, instituit. Primus Pontificum se *servum servorum* appellavit.

Varios insuper scripsit libros, numerò minimùm sexaginta. Obiit A. C. 604. sedit 13. an.

Sabianus, Thuscus. Statuit, ut Monachi, & Clerici campanæ sonitu, ad Psalmos Davidicos statutis horis cantandos, convocarentur. Obiit A. C. 605. sedit 6. mens.

Bonifacius III. Romanus. Huic Phocas Imperator, utut in Romanos improbus, Titulum *Oecumenici*, seu *Universalis Episcopi* concessit. Hæretici hanc ob causam Bonifacium inter Pontifices primum Anti-Christum fuisse dicunt. Sed hæc anilis conclusio ridenda est; cùm S. Petrus jam fuerit Episcopus Universalis. Obiit A. C. 606. sedit 9. mens.

S. *Bonifacius IV.* Marsus Italus (*Benedictinus*). Qui statim ex propriis ædibus paternis Monasterium Ord. S. Ben. construxit, patrimonium suum eidem attribuit. Mox templum *Pantheon*, à Phoca Imp. impetratum, ab idolis repurgâvit, vero Deo in honorem Mariæ Deiparæ, & omnium SS. dedicavit, jussitque eorum festam memoriam quotannis celebrari. Cùm Clerus contra Benedictinos, eò quòd & ipsi ubique curam animarum exercerent, insurgeret, dicens, *Monachos plangentis officium habere, non docentis*; Bonifacius in Concilio, hunc in finem convocato, decrevit, etiam Monachorum esse, more Clericorum curam animarum exercere. Obiit A. C. 614. sedit 7. an.

Deus

Deus dedit, Romanus (*Benedictinus*). Vir hoc nomine dignissimus, utpote eximiæ sanctitatis, tantique meriti, ut leprosum osculô mundârit. Obiit A. C. 617. sedit 3. an.

S. *Bonifacius V.* Neapolitanus (*Benedictinus*). Ecclesiæ immunitatem, seu asylum novis legibus firmavit; labe verò Simoniæ infectos, ab aris removeri jussit. Obiit A. C. 625. sedit 7. an.

Honorius I. Campanus. Rempublicam Venetam honorifico nomine *Reipublicæ Christianissimæ* insignivit. Quòd autem Monothelitarum errores, ut hæretici blaterant, probârit, & ipse docuerit, falsum est. *Vid. Bellarmin.* Obiit A. C. 638. sedit 12. an.

S. *Severinus*, Romanus. Obiit A. C. 639. sedit 2. mens.

Joannes IV. Dalmata. Obiit A. C. 641. sedit 1. an.

Theodorus I. Græcus. Obiit A. C. 649. sedit 7. an.

S. *Martinus I.* Tudertinus. Obiit A. C. 654. sedit 5. an.

S. *Eugenius I.* Romanus. Obiit A. C. 655. sedit 6. an.

S. *Vitalianus*, Campanus. Organorum usum, aliorúmque instrumentorum in templo, primus introduxit. Obiit A. C. 669. sedit 13. an.

Adeodatus, Romanus (*Benedictinus*). Obiit A. C. 676. sedit 7. an.

Domnus I. Romanus. Obiit *A.* C. 678. sedit 1. an.

S. *Agatho,* Siculus (*Benedictinus*). Sub hoc Pontifice S. Sebastianus primò in Patronum contra pestem electus fuit. Obiit *A.* C. 682. sedit. 3. an.

S. *Leo II.* Siculus (*Benedictinus*). Usum pallii Archi-Episcopis gratis concedi jussit, ut multis mederetur Simoniæ malis. Obiit *A.* C. 684. sedit 1. an.

S. *Benedictus II.* Romanus (*Benedictinus*). Vir ex æquo nobilis, pius & doctus. Obiit *A.* C. 685. sedit 9. m.

S. *Joannes V.* Syrus. Obiit *A.* C. 686. sedit 1. an.

S. *Canon,* Thrax (*Benedictinus*). Obiit 687. sedit 1. an.

S. *Sergius I.* Syrus (*Benedictinus*). Obiit 701. sedit 13. an.

S. *Joannes VI.* Græcus (*Benedictinus*). Obiit 705. sedit 3. an.

S. *Joannes VII.* Græcus. Obiit *A.* C. 708. sedit 2. an.

Sisinnius, Syrus. Ob continuos chiragræ ac podagræ dolores obiit *A.* C. 708. sedit 20. diebus.

Constantinus I. Syrus. Obiit *A.* C. 714. sedit 6. an.

S. *Gregorius II.* Romanus (*Benedictinus*). Ob eruditionem & sanctitatem alter Gregorius Magnus. Huic Pontifici plurimùm debet Germania nostra; Germanos namque per

per S. *Bonifacium* & alios Monachos Benedictinos ad Christianam fidem convertit. Ob. A. C. 731. sedit 16. an.

S. Gregorius III. Syrus (*Benedictinus*). Sacræ Scripturæ tam peritus erat, ut totum Davidis Psalterium (150. psalm) è memoria recitare posset. Cùm Longobardi Romam obsiderent, Basilicámque S. Petri in Vaticano extra Urbem expoliarent, in eos Carolum Martellum Francorum Regem evocavit, eique titulum *Christianissimi* contulit. Obiit A. C. 471. sedit 10. an.

S. *Zacharias*, Græcus (*Benedictinus*). Carolomano Regis Pipini fratri vestem Sacerdotalem, postea quoque Monasticum habitum S. Benedicti induit. Basilicam Cassinensem præsentibus Archi-Episcopis 13. Episcopis 68. consecravit, solemnique ritu Monasterium illud Ord. S. Bened. dedicavit. Obiit A. C. 752. sedit 10. an.

S. *Stephanus III.* Romanus (*Benedictinus*). Quem multi ob paucissimos Pontificatûs sui dies è Pontificum numero excludunt. Obiit A. C. 752. sedit 3. diebus.

S. *Stephanus III.* Romanus (*Benedictinus*). Cùm Aistulphus Longobardorum Rex ditiones Romanæ Ecclesiæ diriperet, Pontifex à Pipino Francorum Rege per literas auxilium imploravit. Is statim cum exercitu in Italiam veniens, profligatis Longobardis, non solùm priores ditiones Ecclesiæ Romanæ restituit, sed insuper ei

Exarchatum Ravennatem dono dedit. Obiit A. C. 757. sedit 5. an.

S. *Paulus I.* Romanus, S. Stephani Pontif. frater (*Benedictinus*). Cæmeteria S. Martyrum extra Urbem, Longobardorum furiis obnoxia, in Urbem transtulit. Obiit A. C. 767. sedit 10. an.

Stephanus IV. Siculus (*Benedictinus*). Omnibus gratiis ornatus, quæ in summo Pontifice requiruntur. Obiit A. C. 772. sedit 3. an.

Hadrianus I. Romanus. Cùm Desiderius Longobardorum Rex, Dominia Romanæ Ecclesiæ hostiliter invaderet, ac Pontifex Caroli Magni opem expeteret, mox Carolus cum exercitu in Italiam transiit, ac Longobardos ritè acie vicit; pòst Romam veniens, Donationem Ecclesiæ à Pipino Patre suo factam, Diplomate non solùm confirmavit, sed insuper addidit Sabiense territorium, & duos Ducatus, Spoletanum nempe, & Beneventanum. Quòd autem hic Pontifex Carolo Magno, ùt aliqui hæretici fingunt, potestatem dederit eligendi Summos Pontifices, decantata fabula est. Obiit A. C. 795. sedit 24. an.

S. *Leo III.* Romanus (*Benedictinus*). Is ipse est, qui Carolum Magnum in Imperatorem Occidentis ipso festo Nativitatis Domini an. 800. Romæ coronavit; filium verò Pipinum Italiæ Regem impositâ paritèr coronâ confirmavit. Atque hunc in modum Ponti-

Pontifici debetur restituta in Occidente Imperialis *Majestas*, quæ trecentis & amplius annis *inde* exulaverat. Denique S. Leo *omnium* Pontificum primus Germaniam petiit; *ter* Ratisbonam venit; Aquisgrani (Aachen) præsentibus 365. Episcopis templum aulicum consecravit: Verdæ *Suiberdum* Episc. ex Ord. S. Ben. præsente Carolo Magno in Sanctorum Numerum adscripsit; ubi Canonizatio omnium prima solemnis fuit adhibita, antea per acclamationem populi tantùm facta. Obiit *A.* C. 816. sedit 20. an.

Stephanus V. Romanus (*Benedictinus*): Obiit 817. sedit 7. mens.

Paschalis I. Roman. (*Benedictinus*). Sub hoc Pontifice Ludovicus I. Imp. quæcunque hactenus à Constantino M. Pipino & Carolo M. Romanæ Ecclesiæ donata fuerant, & confirmata, iterum manu Imperatoriâ confirmavit; Romam nempe, Patrimonium D. Petri, Exarchatum, Siciliam, Corsicam & Sardiniam. Obiit *A.* C. 824. sedit 7. an.

Eugenius II. Roman. Ob. 827. sedit 3. an.

Valentinus, Roman. (*Benedictinus*). Obiit 827. sedit 40. Dieb.

Gregorius IV. Roman. (*Benedictinus*). Ob. *A.* C. 843. sedit 16. an.

Sergius II. Roman. (*Benedictinus*). Quòd hic Pontifex inter Pontifices primus, ùt Acatholici volunt, nomen suum mutârit, antè *Bocca-Portius* vocatus; falsum est; utpo-

utpote ex omnium historicorum libris constat, hujus Pontificis Patrem, virum Romæ nobilissimum, etiam *Sergium* fuisse vocatum. Obiit 847. sedit 3. an.

S. *Leo IV.* Roman. (*Benedictinus*). Vaticanum mænibus cinxit, aliáque eidem, ut ab incursionibus Saracenorum tutus esset, adjecit munimenta, quæ suo de nomine Urbem Leoniam vocavit. Obiit 855. sedit 8. an.

* *Finxerunt olim hæretici, S. Leoni IV. in Pontificatu successisse fœminam, nomine JOANNAM; Sed hanc fabulam, cùm nec ingenii, nec veritatis speciem ullam habeat, Daniel Blondellus, Scriptor Calvinianus, meritò explodendam esse confessus est, ut adeò apud omnes Scriptores in proverbium abierit FABULA JOANNÆ PAPISSÆ. Et quid si fuisset Joanna aliqua Papissa, quomodo possunt id improbare nostri hæretici, qui diserte docent, omnes Christianos, fœminas etiam, esse Sacerdotes?*

Benedictus III. Roman. (*Benedictinus*), successit Leoni IV. *A.* C. 855. sedit 2. an.

Nicolaus I. Roman. (*Benedictinus*). Obiit *A.* C. 867. sedit 9. an.

Hadrianus II. Roman. (*Benedictinus*). Hic Pontifex post multas in Oriente dissensiones *Photium* Pseudo-Patriarcharum, qui sacrilego ausu Constantinopolitanum Patriarchatum invaserat, sibique eum assertum volebat, rejecit; Ignatium verò de hac Sede deturbatum, suæ dignitati restituit. Obiit 872. sedit 4. an.

Joan-

Joannes VIII. Roman. Obiit 882. sedit 10. an.

Marinus I. Gallus. Ob. 884. sedit 2. an.

Hadrianus III. Roman. Obiit 885. sedit 1. an.

Stephanus VI. Roman. Hic post electionem paterna sua bona in pauperes distribuit, & aquâ à se benedictâ locustas ab Italia repulit. Obiit 891. sedit 6. an.

Formosus, Roman. Pietate, doctrinâ & scientia Scripturarum insignis, cui tamen oppositus fuerat à quadam populi parte tumultuante Sergius Diaconus; verùm hæc factio statim concidit. Ob. 896. sedit 5. an.

Stephanus VII. Roman. Ab obitu Formosi Pontif. factiosi illi suscitârunt Antipapam Bonifacium VII. sed is post dies 15, iterum depulsus est. Pulso hoc improbo viro, haud melior à Clericis in supremam sedem promotus est Stephanus VII. qui Corpus Formosi Pontif. è tumulo erui, & in Tyberim abjici jussit. Verùm & ipse à factiosis in carcerem detrusus demùm jugulatus est A. 900. sedit 4. an.

Romanus I. Ob. 900. sedit 4. mens.

Theodorus II. Roman. Ob. 900. sedit 20. diebus.

Joannes IX. Tiburtinus. Obiit 905. sedit 5. an.

Benedictus IV. Roman. (*Benedictinus*). Ob. 908. sedit 2. an.

Leo V.

Leo V. (*Benedictinus*) A Christophoro Cardinale, viro ambitioso, de throno dejectus, & in vincula datus est. Obiit 907. Sed 40. diebus. Verùm & Christophorus, nomine, non re Pontifex post 7. Menses in Carcerem detrusus est, paulò pòst mortuus.

Sergius III. Roman. Malæ vitæ, quem nonnulli è Pontificum numero expungunt. Obiit an. 910. sedit 3. an.

Anastasius III. Roman. Pius Pontifex. Ob. 912. sedit 2. an.

Landus, Sabinus. Obiit 912. sedit 4. m.

Joannes X. Roman. A Theodora intrusus; benè administravit Ecclesiam, quamvis malè vixerit. Facti postea pœnitens; à Marozia dejectus, in carcere obiit 928. sedit 15. an.

Leo VI. Roman. A Seditiosis in carcerem detrusus, in eodémque mortuus. 928. sedit 6. mensi.

Stephanus VII. Roman. (*Benedictinus*). Obiit 931. sedit 2. an.

Joannes XI. intrusus à Guidone Thusciæ Marchione, aut potiùs à Marozia illius Uxore. Tandem cum Marozia matre sua ab Alberico, Germana suo in carcerem detrusus, expiravit 936. sedit 5. an.

Leo VII. Rom. Obiit 939. sedit 3. an.

Stephanus IX. Natione Germanus (*Benedictinus*). A Romanis quibusdam factiosis indigne habitus, facie turpiter concisâ, aliquan-

quamdiu à publico conspectu abstinere coactus est; Laudabiliter tamen rexit Ecclesiam. Obiit 943. sedit 3. an.

Martinus II. Roman. Obiit 964. sed. 3. an.

Agapitus II. Roman. Obiit 956. sed. 10. an.

Joannes XII. Octavianus. Alberici Urbis Principis filius, vix octodecim annorum juvenis, armis potissimùm occupavit cathedram S. Petri; acceptus tamen à clero, ne schisma noxium oriretur. Primus ex Pontificibus nomen suum immutavit, antéa *Octavianus* dictus. Leonem VIII. ab Ottone I. Imp. Antipapam constitutum expulit. Erat quidem Joannes vitæ corruptæ; quòd autem in adulterio deprehensus, & lethali vulnere percussus interierit, nemo asserit nisi Acatholicus ille *Hübnerus*, falsitatibus ita assuetus, ut passim fabulas pro comperta veritate vendere non erubescat. Obiit 964. sedit 8. an.

Benedictus V. Roman. à Clericis Romanis electus est, non expectatô Imperatoris Ottonis placitô. Ast Ottô electionem hanc ægrè ferens, deposito Benedicto, Leonem iterum intrusit. Benedictus ab Ottone in Germaniam ductus, Hamburgi in exilio mortuus est non sine fama Sanctitatis. *A.* C. 965. sedit 1. an.

Joannes XIII. Roman. Ob. 972. sed. 7. an.

Benedictus VI. Roman. urgente Bonifacio VI. Antipapâ jugulatus. *A.* 974. sedit 1. an.

Bene-

Benedictus VII. Qui, Bonifacio Romanæ Sedis invasore dejecto, statim à Romano Clero electus est, vir hac dignitate maximâ dignissimus. Obiit 984. sedit 4. an.

Joannes XIV. antè Ottonis Imp. Archi-Cancellarius. Quem Bonifacius ille Antipapa in castro S. Angeli necavit A. 985. sedit 8. m.

Joannes XV. Roman. Ob. 996. sed. 10. an.

Gregorius V. Germanus Suevus (*Benedictinus*). Hic in Bulla quadam jus eligendi Romanorum Imperatorem solis Germaniæ Viris principibus concessit. Idque quamvis alii, præsertim Acatholici negent, Bellarminus tamen in *suo Tractatu de translatione Imperii* ita defendit, ut iis nulla amplius adhibeatur fides. Obiit 999. sedit 2. an.

Sylvester II. Gallus (*Benedictinus*). Qui, cùm Mathematicus esset insignis, miris inventis in stuporem rapuit omnes. Eam ob rem partim imperiti, partim invidi Zoili tantum virum præstigiatorem esse opinati sunt; Idque etiamnum Acatholici mentiuntur. Obiit 1003, sedit 4. an.

Joannes XVII. Roman. Obiit 1003. sedit 5. m.

Joannes XVII. Roman. Episcopatum Bambergensem à S. Henrico Imp. & Chunegunde fundatum confirmavit. Ob. 1009. sed. 5. an.

Sergius IV. Român. (*Benedictinus*). Obiit 1012. sedit 2. an.

Bene-

Benedictus VII. Thuscus (*Benedictinus*) Gregorium Antipapam amoturus, in suppetias vocavit S. Henricum Imp. quem Romæ præsentem, cum Chunigunde, Imperii diademate exornavit, pomum aureum cæteris insignibus Imperatoriis adjiciens; quod pomum postea S. Henricus Imperator S. Odiloni Abbati Cluniacensi Ord. Ben. dono dedit. Hic Pontifex Germaniam profectus, ibique Bambergæ ab Henrico Imp. solennissimè exceptus, Templum S. Stephani consecravit. Obiit 1024. sed. 12. an.

Joannes XVIII. Benedicti VIII. Frater. Obiit 1033. sed. 8. an.

Benedictus IX. Filius Comitis Tusculani undennis à patre intrusus, à Clero postea consentiente est receptus ad evitandum Schisma. Attamen Sylvester III. Antipapa in eundem est concitatus. Benedictus verò, cùm esset moribus ad virtutem malè compositis, abdicavit A. 1044. sed. 10. an.

Gregorius VI. Roman. (*Benedictinus*). Pedum spontè posuit A. 1046. sed. 2. an.

Clemens II. Saxo, Episcopus antè Bambergensis. Obiit 1047. sed. 9. m.

Damasus II. Bavarus, Obiit 1048. sedit 23. diebus.

Leo IX. Germanus, Comes de Tachsberg in Alsatia natus (*Benedictinus*). A Cæsare designatus Pontifex, munus antè non suscepit, quàm Clerus, populúsque Romanus consentiret. Obiit 1054. sed. 5. m.

℞. Hoc ideò fit, quia arguit concoctionem in stomacho esse peractam: & ipsam viscositatem ex cibis relictam paulatim absumptam esse.

Probl. 39. Cur diversi adeò gustus reperiuntur in hominibus, ita, ut uni. v. g. cibus ex farina, alii pisces, tertio carnes sapiunt?

℞. Id provenit tum ex diverso temperamento: qui enim v. g. sunt pituitosi etiam cibos pituitosos, puta pisces & similes magis amant. Tum ex consuetudine & educatione; constat enim eos, qui à puero crassioribus cibis enutriti sunt, etiam in majori ætate etiamnum cibis talibus delectari.

Probl. 40. Cur imprægnatæ mulieres res insuaves maximè appetunt?

℞. Quia, quales sunt humores in stomacho talium mulierum, talium rerum nutrimenta appetunt; vitiosa quippe qualitas cum menstruo sanguine ad os ventriculi irrepit, cognatæque qualitatis appetentiam excitat. Itaque si atra bili infectatur os ventriculi, carbones, coctos lateres & id genus cupit;

si

si acidâ pituitâ imbuitur, sapores appetit acidos.

Probl. 41. Cur aliqui habentes claros oculos nihil vident?

R. Id propter applicationem & destructionem nervorum opticorum evenit; nam his destructis virtus visiva ad oculum à cerebro deferri non potest.

Probl. 42. Cur illi, qui oculos habent profundos, meliùs vident, quàm qui prominentes?

R. Quia in oculis profundis radii visivi meliùs recipiuntur, minùsque dissipantur, quàm in prominentibus.

Probl. 43. Cur, cùm gemini sint oculi, non gemina tamen, sed unica duntaxat rei visibilis imago repræsentatur oculis?

R. Quia nervi optici in oculis gemini in cerebro coëunt, & unum quasi seu communem nervum efficiunt, qui reliquos duos sub suo quasi habet imperio.

Probl. 44. Ad quantum spatium se extendit visio oculi humani?

R. Juxta experientiam visio ocularis recta, ex loco edito se protendit ad 10. circiter milliaria germanica (quæ tamen est visio imperfecta & confusa) in planitie verò ad 4. Milliaria. Quia, ùt docent Geometræ, terræ intra 4. milliaria assurgit in altitudinem talem, quæ intercipiat radios visivos.

Probl.

Probl. 45. Cur oculi magni respectu reliqui corporis pigritiam denotant?

R. Quia oriuntur ex abundantia humoris, qui virtutem motricem debilitat, & quasi lassitudine afficit.

Probl. 46. Cur parvi oculi significant ingeniosum & astutum?

R. Quia indicant paucitatem materiæ humidæ, ubi verò magna siccitas in cerebro, ibi ingeniositas, quæ facilè deflectit ad vafritiem, seu astutiam.

Probl. 57. Cur oculi benè proportionati, & fulgentes sunt optimi?

R. Quia testantur perfectionem virtutis formatricis, & debitam temperiem humidi in cerebro, magnàmque spirituum abundantiam.

Probl. 48. Cur oculi celeriter se moventes significant ingenii acumen & audaciam?

R. Quia celeritas motûs oculorum provenit à complexione calida, quæ habet sibi ingenii præstantiam, & audaciam conjunctam.

Probl. 49. Cur minùs audimus, cùm oscitamus?

R. Quia oscitandô torpentem flatum à finibus faucium excutimus, qui etiam aures subit, opplètque, ac strepitum ciet; sicque extrinsecùs intrantem sonum offuscat.

Probl. 50. Cur axilla in corpore hominis maximè fœtet?

R. Quia

℞. Quia axillæ ex omnibus ferè partibus hominis maximè sunt conclusæ, ut adeò vapores liberè perflare nequeant.

Probl. 51. Cur pedes, licèt conclusi non sint, nec immobiles, tamen graviter adeò fœtent nonnullis?

℞. Quia motu incalescunt quidem, sed vestiti; sudor autem ad eas partes defluens, cùm exhalare nequeat, putredinem concipit. atque fœtorem progignit. Hinc rarò, qui nudis pedibus ambulant, hoc symptomate detinentur.

Probl. 52. Cur homo decollatus statim immobilis est? non item pullus aut anser decollatus?

℞. Quia pulli, anseres, & similia animalia nervos admodum angustos habent strictòsque, in quibus proinde spiritus motivus diutius moratur post decapitationem; homines verò & similia animalia nervos longos & amplos admodùm habent, unde spiritus animalis citò recedit; & per consequens non possunt corpus diu movere.

Probl. 53. Cur cor in animali omnium membrorum calidissimum est?

℞. Quia ibi est culina, in qua spiritus vitales, & sanguis calidissimus excoquitur.

Probl. 54. Cur inter omnia membra cor primò generatur; nam juxta Aristotelem cor est, quod primò vivit, & postremò moritur;

℞. Quia

℞. Quia sine corde nullum membrum vivere potest; utpote quod est principium & origo vitæ, & omnium membrorum.

Probl. 55. Cur animalia parvi cordis sunt audaciora, ùt Leo; timidiora verò, quæ magnum habent cor, ùt lepus?

℞. Quia in parvo corde calor est bene conjunctus, & vehemens, atque adeò minùs evanescit, quàm in magno. Unde quo plus caloris habet animal, tantò audacius est, teste Aristotele.

Probl. 56. Cur aliqua animalia non habent cor?

℞. Quia hoc non necessarium illis est; cùm habeant, quod vicem cordis subeat; ùt patet in piscibus & anguillis, quæ spinas dorsi habent pro corde. Putant tamen alii, etiam illas habere cor, sicut serpentes.

Probl. 57. Cur quilibet digitus habet tres juncturas, & solus pollex duas tantùm?

℞. Etiam pollex habet tres articulos, sed tertius brachio conjunctus est, atque adeò non apparet. Oportebat autem sic fieri ob majus robur pollicis, à quo etiam pollex, scilicet à pollendo, dictus est.

Probl. 58. Cur digiti dextræ manûs sunt habiliores, quàm sinistræ?

℞. Id provenit à calore prædominante, hujus enim effectus proprius est, majorem subtilitatem causare.

Probl. 59. Cur digiti ante sumptum cibum sunt crassiores, quàm post?

℞. Quia

R. Quia homo jejunus repletus est malis humoribus & fumositatibus diversis, quæ omnia membra, & consequenter etiam digitos ingrassant; unde, cùm illi humores per cibum expellantur, necesse est, digitos magis gracilem effici.

Probl. 60. Cur sanguis rubicundum habet colorem?

R. Quia assimilatur membro, in quo generatur, scilicet hepati, quod est rubei coloris.

Probl. 61. Cur, si homo dormiens pungatur, sanguis minus copiosus exeat, quàm si vigilans lædatur?

R. Quia, cùm homo dormit, sanguis ad interiora confluit, ut ad vitales operationes peragendas adjuvet, & calorem ad concoctionem suppeditet, unde minùs reperitur in membris exterioribus.

Probl. 62. Cur pueri frequentiùs manant sanguine per nares, quàm viri & mulieres?

R. Quia pueri innato calore & humiditate abundant, non viri; mulieres verò licèt & ipsæ humidæ sint, humiditas tamen ista per menstrua excrementa evacuatur.

Probl. 63. Cur sanguis è naribus fluere cessat, si strophiolum frigidâ aquâ madidum iis applicetur?

R. Quia causa hujus fluxûs ex abundantia caloris provenit; calor autem per frigus

gus, aquæ pellitur; hinc ſublatâ cauſâ ipſe etiam fluxus ſanguinis velut effectus tollitur.

Probl. 64. Cur vaccæ lactis continent in uberibus, quàm alia animalia?

R. Lac eſt ſanguis non benè concoctus, quia verò vaccæ ſunt animalia multùm voracia, unde etiam in illis de ſanguine, non benè concocto, plus generatur.

Probl. 65. Cur lac conveniens adeò nutrimentum eſt infantibus; adultis autem potiùs nocivum?

R. Quia lac infantibus eſt naturalis cibus & conſuetus, qui in utero etiam eo nutriebantur; adultis verò propter frigus & fumoſitates, quas generat, atque ad caput emittit, nocet.

Probl. 66. Cur lac tempore partûs vaccarum melius eſt?

R. Quia tunc lac eſt multum ſpongioſum, atque adeò fumoſitates expellendô, ſeipſum purgat à noxiis qualitatibus.

Probl. 67. An etiam viri quandoque mammas & in mammis lac habent?

R. Qui novum luſtrârunt orbem, commemorant viros ibi probè omnes maximâ lactis abundare copiâ. Antonius Benzus, teſte Cardano, annum trigeſimum quartum agens, vultu pallidus, barbâ rarâ, pinqui habitu, mamillas & in mamillis tantum habuit lactis, ut infantem lectare poſſet. Id tamen ob-

servarunt Anatomici in illis duntaxat viris mamillas lacte turgentes reperiri, qui sunt frigidioris constitutionis,& mulieribus quàm viris complexione similiores; unde plerumque etiam barbâ carent, aut eam rariorem obtinent.

Probl. 68. *An lac etiam in virginibus reperitur?*

R. Raró quidem contingit, ut mammillæ Virginum lac contineant; quia lac ad fætûs alimentum à natura est ordinatum. Unde Baldus *in Rubr. de Prob.* fæmina, inquit, præsumitur esse prægnans, si habeat lac. Non est tamen infallibile signum deflorationis, si fæmina in uberibus lac habeat; eò quòd vaccæ virgines mulgeantur; tum etiam, quia quoque viri quandoque in mammillis lac habent; ex quo patet, generationem lactis non habere necessariam connexionem cum conceptione.

Probl. 89. *Cur virgæ subtiles ac tenues majorem inferunt corpori dolorem, quàm baculus?*

R. Quia illæ sunt tenuiores, & penetrabiliores; hic autem crassior, minúsque penetrabilis.

Probl. 70. *Cur pueri, qui cæduntur, minùs sentiunt dolorem, si vehementer clament, vel compresso ore spiritum omni, qua possunt, potentiâ contineant?*

R. Quia utroque modo cutis corporis quasi inflatur, & distenditur, atque adeò divisio-

visioni partium, in qua dolor verberum consistit, minus dat locum, cùm instrumentum, quo cæduntur, minus penetrare possit cutem.

Probl.71. Cur Magnates frequentiùs, quàm alii podagra vexantur?

R. 1. *Ob diversos cibos*, quibûs ad satietatem usque ventrem crebrò infarciunt. 2. *Ob moram sat longam*, quam inter comestionem unius & alterius cibi interponunt, hinc enim fit, ut cibo novo adveniente prior mediâ parte jam decoctus sit, atque adeò mala & deformis concoctio oriatur; & sic mali & crudi humores generentur. 3. *Ob vini puri exuberantiam*. 4. *Ob otium immoderatum*. 5. *Ob immodicum carnalium delectationum usum*, qui virtutem digestivam non modicè prosternit, imò, teste Avicenna, uno actu venereo plùs debilitatur corpus, quàm si quadragesies tantum emitteret sanguinis.

Probl. 72. Cur dolores diuturnitate temporis fiunt leviores?

R. Tum quia dolorum materia imminuitur; tum quia consuetudo patienti habitum gignit; tum quia denique de remedio desperatur, atque adeò leviùs fertur, quod quis effugere se non posse videt.

*

De lacrymis, seu fletu.

Probl. 73. Cur lacrymæ ex oculis potiùs quàm aliis membris erumpunt?

R. Quia lacrymæ nihil aliud sunt, quàm humor excrementitius sero similis in cerebro venisque oculorum, & præcipuè in venis angulorum oculi contentus; unde postea forti compressione ex oculis potius, quàm aliis partibus effluit.

Probl. 74. Cur pueri mulieres ad lacrymas sunt proniores, quàm juvenes & viri?

R. Quia pueri & mulieres humoribûs magis abundant.

Probl. 75. Cur lacrymis uberioribus effusis, dolor cordis mitescit?

R. Quia acribus falsisque humoris & fumis absumptis cor quasi laxatur, & cerebrum à sui vexatione liberatur.

Probl. 76. Cur, qui multum plorant, parum urinæ emittunt?

R. Juxta Aristotelem; quia humidum radicale, lacrymæ & urinæ sunt unius & ejusdem naturæ; ergo ubi fletus multiplicatur, ibi urina diminuitur.

*

De Somno.

Probl. 77. Cur infantes in utero materno semper dormiunt?

R. Quia magnâ humiditatis copiâ prægravatum habent cerebrum.

Probl. 78. Cur ob inediam multi insomnes noctes ducunt, econtra verò repleti cibò facilè se somno tradunt?

R. Quia

R. Quia cibi inopia vapores negat, quos suppetitat ciborum copia.

Probl. 79. *Cur phlegmatici & pueri somniculosi habentur, senes verò ac melancholici pervigiles?*

R. Quia senes ac melancholici siccitate abundant; phlegmatici verò & pueri humore, fumo, & vaporibus ùt plurimùm sunt repleti.

Probl. 80. *Quare speculatio, qua quis alicui rei moderate intendit, silentium: item & tenebræ somnum conciliant?*

R. Quia eo tempore spiritus animales à sensibus externis ad internos revocantur.

Probl. 81. *Cur cantilena & attentio animi ad eum, qui perorat, ad somnum inducendum juvant?*

R. Quia hoc pacto, cùm spiritus vitales ex sensibus externis derivantur ad unicum, reliqui incipiunt ligari, sicque inducitur somnus.

Probl. 82. *Cur somnus matutinis horis est jucundior?*

R. Quia vapores tunc ascendentes ad caput, prioribus illis, quos initiô concoctionis exhalârat stomachus, multò jam sunt subtiliores.

Probl. 83. *Cur somnus immoderatus valetudini nocet?*

R. Quia ex eo magna copia impurorum halituum in cerebro accumulatur, & spiritus

animales contaminantur. Unde somnus ultra septem horas non protrahatur.

Probl. 84. *Cur somnus pomeridianus obest, si minus est?*

R. Quia fumosis exhalationibus nimium repletur caput. Si vero modicus est somnus iste, spiritibus non modicum prodest.

Probl. 85. *Cur somnum capere ad radios lunæ non expedit?*

R. Quia per hoc infestatur corpus; nam luna nimis humectat cerebrum, & humores ex toto corpore attrahit; ad somnum autem placidum vapor requiritur benignus & roridus, qualis oritur ex alimento recte percocto.

Probl. 86. *Cur calceatis, sive vestitis pedibus dormire, sanitati nocet?*

R. Quia talis dormitio totum corpus extraneo calore æstuare facit ob reflexionem vaporum.

Probl. 87. *Cur supra dextrum latus suavius dormimus?*

R. Quia sic cor minus premitur angustiis, minusque impediuntur actiones pulmonum, & dilatio Thoracis.

Probl. 88. *Cur somnus tristitiam fugat?*

R. Quia somnus cogitationem rerum tristium amovet, & melancholici humoris malitiam emendat, & spiritus turbidos atque obscuros, qui sunt mæroris causa, absumit.

Probl.

Probl. 89. Cur somnus sudorem movet?

R. Quia per calorem pori hominis laxantur, atque adeo humoribus intùs latentibus via aperitur ad exitum; hinc etiam in magno æstu, vel post vehementem motum sudare multùm solemus. Quòd autem aliqui difficulter sudent, ratio est; quia dúram habent cutem, atque adeò pori difficiliùs laxantur.

*

De Victu.

Probl. 90. Cur in cibo sumendo mediocritas servata optimum ad sanitatem conservandam medium censetur?

R. Quia ex copioso cibo & potu cruditates oriuntur, & calor natívus opprimitur. E contrario vero nimis tenui victu & defectu pabuli debilitatur calor nativus, dissolvuntur membra, continuô deficiente viventis substantia.

Probl. 91. Cur varietas ciborum summopere nocet sanitati?

R. Quia, cùm varii cibi varias etiam sortiantur qualitates, varietas hæc naturali calori in concoctione multum facessit negotii.

Probl. 92. Cur cibus novus, quem nunquam gustavimus, vel quo diu abstinuimus, morbos facilè creat, uti apparet in carnibus tempore Paschatis comedi solitis?

R. Quia talis cibus avidè nimis comeditur, & consequenter replet stomachum, qui

qui cum difficulter talem cibum digerere possit; hinc ejus immoderata comestione multi ægrotant.

Probl. 93. *Cur cæna brevis suadetur à Medicis*, juxta illud:

Ex magna cæna stomacho fit maxima pæna.
Ut sis noctè levis, sit tibi cæna brevis.

R. Quia, si multi nimis cibi ingerantur, somnus corpori adimitur, & consequenter ob minorem concoctionem cruditates & alia mala causantur. NB. Non desunt tamen Medici, qui plus in cœna, quam in prandio sumendum esse putant.

Probl. 94. *Cur iis, qui laborârunt, non statim sumendus est cibus?*

R. Quia humores adhuc sunt in motu, neque satis constat, num natura perfecerit opus suum, unde distrahenda non est, ne concoctio impediatur.

Probl. 95. *Cur præmisso cibô, alternatim bibendum est?*

R. Quia cibus sic facilius cum potu miscetur, atque digeritur.

Probl. 96. *Cur cibi nimis calidi, & nimis frigidi sanitati nocent?*

R. Quia cibi nimis calidi sanguinem adurunt; uti *Salvia*, *piger*, *alium*, *nasturcium &c.* Cibi verò nimis frigidi tollunt homini vivacitatem, ejúsque humores quodammodo conglaciant; uti *Cucumeres &c.*

Probl.

Probl. 97. Cur cibi tepidi ſanitatem lædunt?

R. Quia noſtrum corpus utitur iis, ex quibus conſtat, nimirum calidô, frigidô, humidô & ſiccô; at tepidum, neque calidum eſt, neque frigidum, ac proinde eſt præter naturam.

Probl. 98. Cur cibi nimis pingues noxii ſunt?

R. Quia ejusmodi cibi ſupernatant in ventriculo, impediunt digeſtionem, & phlegma augent. Sic quoque *cibi nimis dulces* cauſant obſtructiones. *Cibi nimis amari* non nutriunt, ſed ſanguinem adurunt. *Cibi nimium ſalſi* inflammant, exſiccant; obſtructiones cauſant, ſtomacho nocent. *Cibi acetoſi* nocent nervis, cauſantque melancholiam.

Probl. 99. Cur tempore æſtatis pauciores ſumendi ſunt cibi?

R. Quia tali tempore calor nativus egreditur ad extrinſecum calorem ſibi affinem; atque adeò virtus concoctiva valdè debilis eſt.

Probl. 100. Cur tempore hyemis plures cibi ſumendi ſunt?

R. Quia calor innatus hyeme intenſior eſt, atque adeò virtus concoctiva eſt fortior.

Probl. 101. Cur præcipitanter comedere, valde noxium eſt?

R. Quia ſtomachus inde nimis citò repletur, atque adeò illos cibos non debitè concoquere poteſt. Hinc putredines, hinc

ſanguis corruptus, hinc peſſimi humores, variique morbi.

Probl. 102. *Cur frigidis & madidis pedibus cibum capere, valetudini officit?*

R. Quia frigidi pedes caput & ſtomachum male afficiunt, ſi deinde ſtomacho adeo indiſpoſito ingeratur cibus, noxa certa eſt.

Probl. 103. *Cur ante cibum exercitatio corporis eſt aſſumenda?*

R. Quia ſic calor nativus excitatur, & ad futuram concoctionem perbelle præparatur.

Probl. 104. *Cur poſt cibum aſſumenda eſt exercitatio corporis,* juxta illud: *Poſt menſam ſtabis, paſſus vel mille meabis?*

R. Quia motus corporis juvat ad concoctionem; per ſerias verò occupationes calor ad concoctionem neceſſarius avocatur à ventriculo; & ſic cibi crudi & incocti relinquuntur, morbóſque cauſant.

Probl. 105. *Cur ſtudia nimis ſpeculativa ſanitati ſunt nociva?*

R. Quia per ejusmodi ſtudia calor nimis ad caput avocatur à ſtomacho; & ſic nimis tarde concoquitur cibus; atque adeo deſtruitur ſanitas.

Probl. 106. *Cur cibus, qui bene ſapit, bene nutrire dicitur?*

R. Quia ii cibi maximè nutriunt, qui temperamento cujusque naturali maxime ſunt conformes; tales autem plerumque ſunt,

qui

qui bene ſapiunt; cùm, quale temperamentum eſt in homine, tales etiam cibos, id eſt, ſimile temperamentum habentes, præ cæteris appetat.

Probl. 107. *Cur poſt piſces nux, & poſt carnes caſeus ſumendus?* juxta ilud:

Poſt piſces nux ſit, poſt carnes caſeus adſit.

R. Quia nux (moſchata) phlegma, quod ex frequenti piſcium eſu generatur, calore & ſiccitate ſua diſcutit, & eorum concoctionem adjuvat. Caſeus vero facit, ut cibus ad fundum ventriculi, ubi concoctio potiſſimum peragitur, promptiùs deſcendat.

Probl 108. *Cur unica nux prodeſt, nocet altera, tertia mors eſt?*

R. Per primam intelligitur *nux moſchata*; & hæc valde prodeſt; quia calefacit, viſum acuit, ventriculum & jecur roborat, urinam ciet, fluentem alvum ſiſtit, flatus diſcutit, & frigidis uteri affectibus mire prodeſt. Per alteram intelligitur *Avellana* Haſel-Nuß, vel *Juglans* Welſche-Nuß, quæ ſunt ſtomacho inutiles, difficiles concoctu, tuſſientibus inimicæ, & capitis dolorem afferunt. Per tertiam intelligitur *nux baliſta*, vel juxta alios *Metalla nux*, quæ duarum drachmarum pondere eſitata, torporem inducit.

Probl. 109. *Cur caſeus & panis ſunt optima fercula ſanis?*

R. Quia caſeus adminiſtratione panis redditur facilior concoctu; cum alioquin per

ſe

se sumptus admodum offendat ob concoctionis tarditatem; juxta illud:

Caseus est nequam, nam digerit omnia sequàm.

Probl. 110. *Cur panis omnium ciborum basis est, & fundamentum?*

R. Quia juxta S. Scripturam, *Panis confortat stomachum*, cibósque omnes reddit concoctu faciliores, &, uti panis putredinis est expers, ita etiam cibos à putredine custodit, intellige tamen de pane bono, nimirùm benè cocto, debitè fermentato, & sale condito.

Probl. 111. *Cur pisces magni meliores sunt, si molles sint: & parvi meliores, si duri sint juxta illud:*

Si pisces molles sunt magno corpore, tolles,
Si pisces duri, parvi sunt, plus valituri.

R. Quia carnis mollities pro modo humiditatis respondet, quæ crudior in parvo, concoctior in magno existit. Ratio secundæ partis est; quia carnis durities concoctioni resistit, & consequenter substantia majorum piscium minùs concocta est, magis verò minorum, utpote qui minorem habent duritiem. Ex his *perca* (Bersich) & *Lupus* (Hecht) præ cæteris laudantur & probantur.

Probl. 112. *Cur porcina caro sine vino noxia est?* juxta illud:

Est porcina caro sine vino pejor ovinâ,
Si tribuas vinum, fuerit cibus ac medicina.

R. Quia

R. Quia tam ovilla, quàm suilla caro excrementosa & pituitosa est, atque adeo noxia, nisi per vinum humor corrigatur, & concoquatur; si tamen vinum accedat, tum humectandô corpus inalterat, atque adeo medicinæ officium præstat.

Probl. 113. *Cur caro silvestris porci præferenda est carni domestici suis?*

R. Quia domestici sues humidioris sunt temperiei quàm silvestres, tum ob aëris, in quo degunt, humiditatem, tum verò etiam ob vitæ ignaviam. Silvestres verò in aëre sicciore vivunt, magisque exercentur, ac fatigantur, unde caro eorum durior est, & nullius aut raræ pinguedinis particeps.

Probl. 114. *Cur ipsa cum pellibus sumpta, nociva sunt*, juxta illud:

Est inflativum cum pellibus atque nocivum,
pellibûs ablatis sunt bona ipsa satis.

R. Quia omnia ferè legumina cum pellibus sumpta, constringunt, & flatus gignunt; absque pellibus verò sumpta, laxant, & purgant.

*

De Potu.

Probl. 115. *Cur potus homini est necessarius?*

R. Ut cibum temperet, & aptum digestioni efficiat; quemadmodum in olla repleta carnibus aut piscibus, si non habeat humiditatem, nunquam aut hos aut illas concoquet.

Probl.

Probl. 116. *Cur jejunô stomachô bibere, sanum non est?*

R. Quia juxta Avicennam, talis sobria vini potatio magnum damnum affert in cerebro, & quandoque morbum caducum aut apoplexiam causat.

Probl. 117. *Quodnam ex tribus potûs generibus est homini utilius, cerevisia, vinum an aqua?*

R. Cæteris paribûs, aqua præferenda esse videtur; quia aqua est pura ac libera à terrestri illa materia, & noxiis humoribus, quos vinum & cerevisia à terra mutuant. Item experientiâ quotidianâ constat, Rusticos atque operarios solam aquam pro potu adhibentes, longè robustiores esse illîs, qui vinum aut cerevisiam bibere solent.

Probl. 118. *Quid vinum debet censeri optimum?*

R. Vinum optimum est vinùm COS, id est, coloratum, adoratum, sapidum. Hæ enim proprietates arguunt spiritum in vino latentium subtilitatem, faciùntque, ut vinum avidiùs sumatur, & consequenter etiam melius nutriat. Inter optima in Germania numerantur sequentia:

Vinum Moslanum fuit omni tempore sanum,
Vinum Rhenense, decus est, & gloria mensæ.
Francken-Wein, francker Wein.
Necker-Wein, schlecker Wein.
Mosel-Wein, gsunder Wein.
Rhein-Wein, feiner Wein.

vel

vel

Zu Bacharach am Rhein,
Zu Klingenberg am Mayn,
Zu Würtzburg am Stein,
Wachsen die beste Wein.

Probl. 119. *Cur vinum, & non perinde etiam aqua, facit disertos?*

R. Quia aqua est potus simpliciter ad sitim sedandam & concoctionem juvandam idoneus; vinum verò præterea etiam spiritus quosdam subtiles habet, quibus ingenium acuitur, & hilaritas in animo causatur, per quam homo ad confabulationem mutuam incitatur. Unde quidam Poëta canit:

Qui bona vina bibunt, vates bona carmina scribunt,
Post vinum verba, & post imbrem nascitur herba.

Alius sic scribit:

Das süsse Trauben-Blut,
ist vor Melancholey gut,
wanns in Kopff gestiegen,
da bleibt nichts verschwiegen,
da geht das Hertze loß,
da steht die Wahrheit bloß,
da sagt der Arm und Reiche
Gebrechen und Gebräuche,
der beste Probier-Stein,
muß der edle Wein seyn.
Er erweist, wo da stecken
die Weisen und die Gecken:
In Summa, wo nur ist der Wein,
muß man allzeit lustig seyn.

Ali-

Alius ſic:

Vina bibant homines, animantia cætera fontes,
abſit ab humano pectore potus aquæ:
Für Menſchen iſt der Reben-Safft;
dem Vieh das Waſſer gebe Krafft,
der Waſſer liebt, und Wein veracht,
der hat ſich ſelbſt zum Vieh gemacht.

Probl. 120. *Quodnam vini poculum ea homini nocivum?*

R. Quartum; nam ut Æſopus dixit: *Primum poculum* ad ſitim ſedandam pertinet: *ſecundum* ad hilaritatem: *tertium* ad voluptatem: *quartum* ad inſaniam. Unde Anthenæus dixit: *Vinum facit ſenes, etiam nolentes, ſaltitare.* Vinô igitur utere, non abutere: bibe, non inebriare; alioquin vinum lethificat, non lætificat, cor hominis.

Probl. 121. *Cur poſt cænam illicò bibendum non eſt?*

R. Quia, ſi bibatur, cibi ita innatant, ut eos ventriculi corpus propter interpoſitum humorem non contingat. *Neque inter tempora refectionis bibendum eſt*; quia interrumpitur, & impeditur concoctio cibi in prandio ſumpti; fitque, ut inconcoctus è ventriculo ſeſcendat, ex quo non modicum morbi periculum oritur.

Probl. 122. *Cur inter prandendum ſit ſæpe parúmque bibendum?*

R. Quia cibus in concoctione debet ſimilis fieri maſſæ; ergô interponendus eſt frequen-

quenter potus, ut cibus permiſtione illius mollior factus, per membra nutritioni deſervientia faciliùs pervehatur.

Probl. 123. Cur cereviſia acida, & turbida eſt homini nociva?

℞. Quia, ùt omne acetum, ita & acida cereviſia multùm infrigidat, atque adeò ventriculum, qui nervoſus eſt, deſtruit. Turbida verò cereviſia impinguat quidem, ſed urinarum meatus obſtruit, flatus gignit, ſpirationem difficilem facit, & pituitam auget. Et quia cereviſia nova fæcibûs referta eſt, minùs etiam ſana eſt quàm veterata.

Probl. 124. Cur ebrietas ex cereviſia magis nocet, quàm ex vino?

R. Quia ebrietas ex cereviſia craſſiores fumos in caput emittit, unde etiam difficiliùs diſcutitur.

Probl. 125. Quosnam effectus cereviſia habet?

R. Juxta Scholam Salernitanam hos ſequentes:

Craſſos humores reddit cereviſia, vires
Præſtat, & augmentat carnem, generátque cruorem,
Provocat urinam, ventrem quoque mollit, & implet.

Das Bier gibt grober Feuchte viel,
ſtärckts Blut und mehrts Fleiſch ohn Ziel.
Es leert die Blaſen und blähet den Bauch,
es kühlet ein wenig, und bläſt auf auch.

*

De Fame.

Probl. 126. Cur diu tolerare famem, corpori valde noxium est?

R. Quia ſtomachus, ſi cibum non habeat, quem concoquat, attrahit ad ſe locô cibi humores malignos & putridos.

Probl. 127. Cur Juvenes magis eſuriunt, quàm ſenes?

R. Quia major calor reperitur in juvenibus, quàm in ſenibus; atque adeò plus concoquere poteſt.

Probl. 128. Cur homo hyeme majorem in ſe patitur famem, quàm æſtate?

R. Quia calor per antiperiſtaſin intenſus, fortior evadit.

Probl. 129. Cur iis, qui longam famem paſſi ſunt, pedes intumeſcunt?

R. Quia ſubtractô alimentô & ſubſtantiâ carnis imminutâ, aër in locum ſuccedit, pedéſque inflat.

Probl. 130. Cur famem patientibus ſaliva ſalſior amariórque efficitur?

R. Quia in tali caſu in defectu alterius alimenti ſtomachus ipſam etiam bilem invadit, unde poſtea amarus ſuccus per totum corpus, & conſequenter in ipſam etiam linguam derivatur.

*

De Siti.

Probl. 132. Majuſne tormentum eſt ſitis, an fames? R. Pro

R. Pro utraque parte argumenta ſat probabilia occurrunt; Majus tamen tormentum videtur eſſe ſitis; quia juxta Ariſtotelem, id ægriùs plerumque caremus, quod jucundius ſuaviùsque percipimus; atqui potum jucundius ſuaviusque ſumimus; ergo etiam carentiam ejus pro majori tormento habebimus.

Probl. 132. Cur ſitis potiſſimùm calido hepati adſcribitur?

R. Quia hepar incumbit ſtomacho, & ſuo calore illum inflamat, ut potus refrigeratione indigeat, cùm reſpiratio illuc non pertingat.

Probl. 133. Cur timidi, vel Rei ad ſupplicium ducendi præ aliis vehementer ſitiunt?

R. Quia metu inſtantis mali ſanguis & calor partes exteriores deſerunt, & ſe ad interiores recipiunt, illáſque inflammant, ad quam inflammationem ſitis oritur.

Probl. 134. Cur aqua, aut alius potus paulatim ſumptus, celeriùs ſitim extinguit, quàm ſi celeriter hauriatur?

R. Quia aqua præceps tota ruit, lentè progrediens inſinuat ſe in partes corporis, eáſque valde aptè irrorat & madefacit, non ſecùs atque in agrorum irroratione aqua raptim demiſſa perfluet, ſenſim deducta à terra altiùs imbibitur.

De Somniis.

Probl. 135. Cur plerumque ſomniamus de illis rebus, quas per diem vidimus, audivimus, tractavimus?

 R. Quia,

E. Quia, licèt multæ ſpecies in potentia reperiantur, non tamen omnes potentiam laceſſunt, ſed ordinariè ea, quæ recentior eſt; hæc enim ob aſſiduum uſum valdè affectuoſa eſt, & ad excitandam potentiam efficacior.

Probl. 136. Cur aliquando valdè turbulenta, aliquando verò ordinatiſſima habemus ſomnia?

R. Quia aliquando vapores è ventriculo ad cerebrum tumultuariè aſcendunt, & ſic nimium diſordinatè commovent ſpiritus & ſpecies; aliquando autem commoventur ſpecies valde inter ſe combinatæ & connexæ, ex quibus conſequenter ordinatiſſima formantur ſomnia.

Probl. 137. Cur, quæ circa auroram ſunt ſomnia, ſunt multò jucundiora?

R. Quia ſedato illo ſpirituum tumultu, qui ex copia vaporum in primo ſomno oriebatur, ſpecies rerum paulatim componuntur, magiſque ſibi invicem coordinantur.

Probl. 138. An ex ſomnio poſſint naturales affectiones hominis colligi?

R. Affirmativè, nam *ſanguinei*, & quibus copioſior eſt ſanguis, ſomniant hortos, convivia, volatus per aërem, choreas, jucunda colloquia, aliáque læta. *Phlegmatici* ſomniant mare, aquas, balnea, navigationes, ſubmerſiones &c. *Cholerici* rixas, jurgia, inimicitias, incendia &c. *Melancholici*, funera, tenebras, terra ſpectra, aliáque triſtia.

Probl.

Probl. 139. Cur aliqui comprimi se, ac suffocari sibi videntur in somniis?

R. Id accidit, quando vel sanguinis magna copia concurrit ad cor, illudque obruit; vel quando pars posterior cerebri ab humore noxio obstruitur, & malè afficitur; hinc qui supini dormiunt, vel in sinistro latere, molestiora ordinariè habent somnia.

Probl. 140. An ex somniis Diabolicis, sive quæ à Dæmonibus de rebus futuris causantur, aliquid conjecturari possit?

R. Negativè; Quia futurorum contingentium cognitio, Diabolo est incerta. Ex non contingentibus autem futuris estò aliqua is præscire possit, tamen est pater mendacii, aliud non intendens, quàm deceptionem sibi fidem adhibentium.

Probl. 141. An ex somniis naturalibus aliquid de rebus futuris conjecturari possit?

R. Negativè, quia causa horum somniorum est agitatio spirituum, specierumque commixtio, & phantasia fingens, rationis usu consopito. Atque hæc omnia nullam habent vim, res futuras significandi. Unde peccant illi peccatô superstitionis, qui ex naturalibus hisce somniis futura contingentia divinant, aut eorundem significationi fidem adhibent.

Probl. 142. An ex somniis naturalibus licitè conjecturari possit bona vel mala præsens corporis affectio somniantis, atque immutatio proximè futura aëris circumambientis?

R. Affirmativè, quia clarissimi quique Medici somnia, quæ ægris frequenter contingunt, ad eorundem morbos dijudicandos utiliter observare solent. Deinde affectiones quoque, & passiones animæ, uti & aër circumambiens sunt partiales causæ somniorum; ex effectibus autem licitè & probabiliter colliguntur causæ ergo.

Probl. 143. An somniis divinis fides adhibenda?

R. Omnibus & solis somniis divinis, sive ea immediatè à Deo, sive ministeriô bonorum Angelorum efficiantur, fides adhibenda est; quia hæc sola cum re significata habent infallibilitatem. Hæc tamen ipsa somnia omninò rara sunt, & insuper discernere ea à naturalibus vel Dæmoniacis, uti & eorundem interpretatio, non nisi ad peritos & spirituales, atque à Deo circa hæc illuminatos viros spectat.

De Sternutatione.

Probl. 144. Cur solus homo inter omnia animantia maximè sternutat?

R. Quia homo brevissimas nares habet, ita, ut humor concalefactus in spiritum mutari confestim possit, cum tamen cæteris animalibus præ longitudine viæ refrigescat, priusquam mutetur; hinc etiam feles ob nasum angustiorem inter quadrupedes maximè sternutant.

Probl. 145. Cur sternutatio cùm strepitu peragitur?

R. Quia

R. Quia spiritus per naris meatus arctiores magna cum vi extruditur; quemadmodum etiam fit; ut idem spiritus ad inferiora devolutus, in intestinis murmur excitet.

Probl. 146. Cur, si oculos perfricamus, non facile sternutamus?

R. Quia major calor ex confricatione ortus, corrigit minorem, qui sternutandi causam dabat. Item; quia humor, qui sternutamentô egredi debuerat, cum lacryma egreditur.

Probl. 147. Cur post sternutationem membra inhorrescere solent?

R. Quia, cùm per sternutationem venæ ab aëre calido, quem continebant, evacuentur, alius extraneus, isque frigidior, succedit, qui proin membra inhorrescere facit.

De Oscitatione.

Probl. 148. Cur oscitante uno, oscitat & alter?

R. Quia oscitans ex ore suo emittit torpidum aliquem flatum, quem si alter, cujus corpus vaporibus aliàs abundat, in se attraxerit; tunc fit, ut & ille oscitet.

Probl. 149. Cur somno appetente maximè oscitamus?

R. Quia tum corpus vaporibus repletum est; unde natura, dum conatur eos expellere, maxillam movet, & agitat, hiatúmq; oris inducit.

Probl. 150. Cur oscitantes minùs audiunt?

R. Quia torpidus flatus, quem à faucium sinibus oscitandô excutimus, aures subit, &

opplet, ſtrepitumque facit ſonum obfuſcantem.

*

De Memoria.

Probl. 151. Cur juvenes melioris ſunt memoriæ, quàm pueri & ſenes?

R. Quia ſenes nimia ſiccitate; pueri verò nimia humiditate abundant. Juvenes autem utramque qualitatem valde temperatam habent, unde tenaciùs conſervant ſpecies, quàm pueri, & faciliùs imprimunt, quàm ſenes.

Probl. 152, Cur Melancholici præ cæteris valent memoriâ.

R. Quia organa ſicciora habent, unde firmiùs retinent ſpecies.

Probl. 153. Cur earum rerum, quas vehementi amore proſequimur, difficulter obliviſcimur?

R. Quia hoc ipſo, quòd de iis aſſiduè cogitemus, & loquamur, ſpecies vivaciores memoriæ imprimuntur, & tenaciùs hærent.

*

De Juventute.

Probl. 154. Cur juventus plerumque eſt animoſa?

R. Quia florent ſubtili ac ſpirituoſo ſanguine, quo totum corpus incaleſcit, atque ad magna ac ardua aggredienda totus homo excitatur.

Probl. 155. Cur juventus paſſionibus & concupiſcentiis præ aliis ætatibus eſt obnoxia?

R. Quia

R. Quia calore abundat, à quo cor & corpus incalescit; atque adeò concupiscentiæ variæ insurgunt.

Probl. 156. Cur juventus tam est inconstans, & variabilis?

R. Quia, sicut in Juvenibus humores & spiritus sunt in continuo motu, sic appetitus & voluntas quoque perpetuò moventur; unde fit, ut citò contrahant amicitias, & iterum dissolvant, citò irascantur, & citò iterum placentur.

Probl. 157. Cur Juventus est valdè credula?

R. Quia non diu adhuc vixerunt; neque frequenter decepti sunt, unde facilè aliis fidem adhibent; quemadmodum ob contrarias rationes senectus valde incredula dicitur.

*

De Senectute.

Probl. 158. Quodnam temperamentum ad senectutem seriùs ducit?

R. Temperamentum sanguineum; eò quòd abundet calido & humido; non senescimus autem, nisi arescente humido, & calido frigescente.

Probl. 159. Cur, qui eminentiora loca libero cælo incolunt, tardiùs senescunt; qui autem cava & palustria, citiùs?

R. Quia juxta Aristotelem, senectus putredo quædam est; cùm ergo in locis altioribus aër afflante undique vento agitetur, aliúsque succedat; in cavis autem talis agi-

-tatio locum non habeat, hinc mirum non est, quod in altioribus potius, quam inferioribus locis homines senescant.

Probl. 160. Cur animalia pinguia citò senescunt?

R. Quia parum sanguinis habent, cùm magna hujus copia ad pinguedinem sit absumpta; quæ autem parum sanguinis habent, hæc ad interitum magis sunt opportuna; Interitus enim est quædam sanguinis inopia.

Probl. 161. Quibus rebus senectus præpropera conciliatur?

R. Curis & laboribûs, juxta notos illos Versus:

Cura facit canos, quamvis homo non habet annos.
Rebus in adversis venit accellerata senectus.

R. Quia curæ corpus vehementer extenuant, & exsiccant, somnum impediunt, vires destruunt, & calorem innatum extinguunt; quod idem de tristitia dicendum, & timore.

Probl. 162. Cur senes timidi & incurvi efficiuntur?

R. Id provenit ex inopia caloris; hic enim cùm animositatem pariat, & hominis corpus in rectam staturam excitet, ac membra sustineat, consequens est, ut, cessante hoc calore, senes cuncta pertimescant, & curventur.

De Morte.

Probl. 133. Cur mors omnium terribilium terribilissimum dicitur, cùm tamen naturâ eveniat?

R. Quia

R. Quia alia mala uno bonô privant, v. g. bellum pecuniis & opibus; morbus sanitate & voluptate; mors verò omnibûs simul spoliat.

Probl. 164. Cur, qui nimia & immoderata crassitie sunt obsiti, subita frequenter morte occupantur?

R. Id ob venarum angustias contingit, quæ à compressione pinguedinis obdurantur, ut spiritus liberè discurrere non possit, unde postea calor innatus extinguitur, maximè cùm aëris refrigerationem non capiant.

Probl. 165. Cur homo mortuus vivô longè gravior est?

R. Quia vivus abundat spiritibûs, quibus caret mortuus. Sic & jejunus ponderosior est seipsô pransô; quia cibo & potu augentur spiritus, qui, cùm aëreæ & igneæ naturæ sint, addunt corpori levitatem, ignis enim & aër levitant.

Probl. 166. Cur manuum gesticulationes in morbo, sunt signum mortis imminentis?

R. Quia capitis affectionem maximam indicant; hinc enim imaginatio vehemens, similis illi, quæ per suffusiones contingit, oritur; & hinc tales gesticulationes causantur.

Probl. 167. Quibus rebus mors hominibus accelerari consuevit?

R. Quatuor maximè, quæ sequentibus versibus indicantur:

Fœmina chara nimis, curarum copia, & aura.
Pessima temperies, luxuriánsque gula.

Hæc

Hæc sunt, incepta quæ rumpunt stamina vitæ.
Maturum hæc perimunt sæpius ante diem.

✱

De vita hominis.

Probl. 168. An homo naturaliter vitam suam perpetuò conservare possit.

R. Ita probabiliùs sentit S. Augustinus, qui ait; hominem, nisi peccasset esu ligni vitæ & mortis, tumà necessitate moriendi liberandum, tum in flore juventutis perpetuò conservandum fuisse. Sed difficultas est in hoc, quòd calor vitalis agendô in alimentúm repartiatur, semperque debilitetur aliquantùm. Lege *Mathiolum* de rore solis, & *Helmontium* de cedris in Libano, & dices, non esse impossibile.

Probl. 169. Cur homines nostris temporibus tam modico tempore vivunt, cùm tamen primis temporibus vixerint 600. 800. & 900. annos?

R. 1. Quia primis seculis constitutio humani corporis melior erat, & robustior. 2. Quia cibus erat naturalis & simplex, & major continentia. 3. Quia alimenta erant meliora; nam post diluvium per aquas salsas terra facta est sterilior. 4. Quia cognitio Adamica perfectior erat, qua meliùs noverat vires herbarum ad conservationem vitæ conducentium. 5. Quia necesse erat, illud genus diutiùs vivere, ut magis multiplicaretur genus humanum.

Probl.

Probl. 170. Quodnam ex quatuor temperamentis ad vitæ diuturnitatem aptius est?

R. Temperamentum ſanguineum; hoc enim optimam calidi & humidi permixtionem ſortitur; in reliquis autem cùm vel *calor* vel *ſiccitas*, ùt in *cholerico*: vel *humiditas & frigus*, ùt in *phlegmatico*: vel *frigus & ſiccitas*, ùt in *melancholico*, prædominentur, meritò minùs commoda cenſentur ad vitam prorogandam.

Probl. 171. Quibûs mediis procurari poſſit vita longa?

R. Juxta Scholan Salernitanam his ſequentibus:

Curas tolle graves, iraſci crede profanum.
Parce mero; cœnato parùm; non ſit tibi vanum
Surgere poſt epulas; ſomnum fuge meridianum.
Hæc benè ſi ſerves, tu longo tempore vives.

Vel.

Der unmäßig Zorn ſey von dir weit,
vor Sorgen hüt dich allezeit,
halt mäßig Mahlzeit, ſitz nicht lang,
flieh Mittag-Schlaf, er macht dir bang.

Vel.

Si tibi deficiunt Medici, Medici tibi, fiant
hæc tria, mens hilaris, requies moderata, diæta.

§. 2.

Problemata de quatuor Elementis.

*

De Igne.

Probl 1. Cur ignis, dum aqua extinguitur, strepit?

R. Eò quòd aqua superfusa, partes ignis in poris carbonis, vel ferri candentis obsideat, quæ reagunt in aquam, & nonnullas aquæ particulas nimiùm rarefaciunt, vi quarum deinde aërem necesse est rumpi; sicque fit strepitus.

Probl. 2. Quomodo ignis extinguitur affusâ aqua?

R. Quia affusa aqua ignem dividit interjectis scilicet humoris partibus; aqua enim facilè subit partes ignis, eásque permeat.

Probl. 3. Quomodo ignis extinguitur per suffocationem?

R. Quia, cùm per suffocationem fumus & vapor ascendere non possint, iterum cum partibus ignis commiscentur, eásque dividunt; igitur ignem extingui necesse est.

Probl. 4. Cur ignis difficilius extinguitur aqua marinâ quàm fontanâ?

R. Quia aqua marina pinguior est, & siccior, seu minùs humida; pinguedo autem & siccitas, sicut in aliis rebus ignem fovent, ita in aqua ergà ignem mitiora sunt.

Probl. 5. Cur ignis accenditur aëris afflatu, vel flabelli motu?

R. Quia sic cinis amovetur, qui laxiores poros obstruebat, atque adeò exhalatio accensa introrsum repellitur, cujus vi novæ partes ignis exprimuntur, colliguntur, ac consequenter accenduntur.

Probl. 6. Qualiter econtrà flamma extinguitur vehementiori aëris appulsu?

R. Quia tali aëris appulsu, utpote vehementiori, quàm ut ei resistere possit, particulæ ignis separantur; separari autem particulas ignis, est ignem extingui.

Probl. 7. Cur fumus crassior ignem extinguit?

R. Quia partes fumi crassioris concrescunt, & flammam præfocant; sicque partes ignis extinguunt. Sic & lucerna extinguitur ab halitu crassiore in cella vinaria, dum recens mustum bullit.

Probl. 8. Qua ratione ignis res consumit?

R. Quia ex illis evocat humidum, quod est instar glutinis partium, unde postea destruitur totum; sic extractô humido, lapis in calem, ligna vel ossa in cineres resolvuntur.

Probl. 9. An Salamandra verè in igne vivere possit?

R. Negativè; certum enim est juxta Gallenum & alios etiam Salamandram paulatim ab igne consumi, licet diutius, quàm alia mixta, propter frigiditatem naturæ sustentari possit. Unde fabulosum est, eam in igne vivere.

Probl. 10. Cur quidam ignes in aqua ardent?

R. Quia

R. Quia hujusmodi ignes valde ſunt denſi, ita ut aqua illos ſubintrare ac dividere non poſſit; neque oleaceam eorundem materiam adſtringere; imò cùm hi in omnes partes cum impetu prorumpant, ipſam quoque aquam à ſe repellunt.

Probl. 11. Cur ignis admotus parti aduſtæ, dolorem minuit?

R. Quia particulas igneas, quæ per aduſtionem ingreſſæ ſunt, & tantum causârunt dolorem, per calorem evocat.

Probl. 12. Cur, quando alicujus corpus aduritur, fit veſica plena aqua?

R. Quia in vivo corpore (in mortuo enim hoc non fit) ad locum per ignem læſum multus concurrit calor, qui partem læſam inflammat, ratione cujus dein peruſta cutis, ſoluto glutine, recedit à corpore, hunc locum implet vapor calidus, calidus autem vapor, dum frigore ambitur, in aquam ſolvitur, fitque veſica plena aquâ.

Probl. 13. Quomodo magnus ignis excitat ventum?

R. Id per commotionem aëris fit, ignis ſiquidem vicinum aërem valde rarefacit, & ſurſum propellit, qui aër alias iterum partes aëris ſecum trahit: ſicque oritur commotio aëris, & ex commotione hac ventus.

Probl. 14. Cur qui aſſiſtit igni, à tergo ſentit auram frigidam?

R. Quia ignis multum aëris exurit, & ſic attenuati per ignem multum cum fumo

evolat,

evolat, in cujus locum recens aura debet illabi, atque hæc tergum assistentis refrigerat.

Probl. 15. Cur ignis pulverem sulphureum intra bombardas corripiens, tanta vi & strepitu erumpit?

R. Quia ignis ille, utpote rarefactus, requirit capaciorem locum; atque ideò tanta vi omnia perrumpit; quia verò in egressu aërem nimis vehementer dissipat; ideò tantus in eo sonitus causatur.

Probl. 16. Quomodo ignis venena corrumpit?

R. Quia Veneni est putrefacere viventia; at verò ignis putredini resistit exsiccandô. ergo. Hinc suadetur, ut tempore pestis aut contagionis, frequentes excitentur ignes.

Probl. 17. Cur lucerna minùs emuncta minùs lucet?

R. Quia fumus crassior multas partes ignis secum asportat, & alias plures intercipit; unde minus lumen effundi necesse est

Probl. 18. Cur lapis in igne non mollescit, uti ferrum?

R. Ferrum flectitur; quia ejus humiditas soluta igne per spatiosos vehitur poros, ut partes, ficciores humectet,; hæc autem humiditas parcior est in saxis, éstque inflammabilis, quæ tamen exuritur statim, at non diffunditur.

Probl. 19. Cur ferrum, æstu candescat, non tamen concipit flammam?

R. Quia flamma est fumus resolutus ardens, at verò ferrum non potest resolvi in fumum, itaque nec flammam alere.

Probl. 20. Cur ligna quædam citiùs concipiunt ignem, quàm alia.

R. Id provenit ex diversitate, puritate & copia densi seu materiæ oleosæ; Nam quæ modicum habent oleosum, languidam habent flammam: quæ demùm oleosum, habent aquosum, illa non ardent priùs, quàm illud separetur ab aqua.

Probl. 21. Cur ligna minutim concisa faciliùs ardent?

R. Quia sic ignis è pluribus partibus ligna concisa aggreditur; ideóque è pluribus simul, oleosas partes ligni, vel rectiùs igneas colligit, humiditas etiam, si quæ est in ligno, dum in partes minores dividatur, faciliùs à calore separatur.

Probl. 22. Cur ex silicite elicitur ignis, & non ex alio lapide æque duro?

R. Quia silex est sulphureæ naturæ & exhalationis, consequenter, per concussionem, alimentum natum igni subministrat.

Probl. 23. Cur, quando maximum pondus vehitur curru, accenduntur subinde rotæ?

R. Quia taliter, aër inter rotam & axem nimiùm extenuatus, in ignem vertitur.

Probl. 24. Cur acetum vehementiùs ignem extinguit, quàm aqua?

R. Quia acetum est subtilius, quàm aqua, ideò, magis ligni poros subintrat, & simul ejus-

ejusdem oleositatem alligat, cùm sit valdè adstringens.

Probl. 25. *An plumbum liquidum manibus que molestia tractari possit?*

R. Asserunt id non pauci, dummodo manus priùs succô mercuriali, atque portulacæ, vel succo malvavisci cum ovi albo perliniantur.

Probl. 26. *Quomodo ignis fatuus* (vulgô feurige Männer) *fugit insequentes, & fugientes insequitur?*

R. Quia, cùm per medium aëris ambulamus aër, quem antè pellimus facto circuitu, statim locum à nobis relictum occupat; ignis autem fatuus motum aëris sequitur. Ergò.

Probl. 27. *Cur ignes fatui æstate præsertim accenduntur?*

R. Quia tunc majore vi solis, exhalatio copiosior educitur. Quòd autem talis ignis homines ad præcipitia ducat, fabulosum est.

Probl. 28. *Cur ignes fatui frequentiùs in locis pinguioribus comparent, ùt in Cæmeteriis, locis palustribus?*

R. Quia inde major pinguioris halitûs copia educitur.

Probl 29. *Cur ignes fatui de nocte duntaxat, non verò de die videntur?*

R. Quia lux diurna, quæ longè major est, minorem illam obruit.

Probl. 30. *Quomodo nix vel glacies accendi possint?*

R. Hoc fiet, si niveo globo camphoram admisceas, aut glaciei frusto partem camphoræ inseras, eámque accendas.

Probl. 31. Qualiter effici possit candela in glacie ardens?

R. Candelam primùm sulphuris pulvere, tum pulvere carbonis oblitam, merge in aquam hyemis tempore, ùt circa eam conglacietur aqua, ac dein candelam accende.

Probl. 32. Quomodo exhiberi possit aqua accensa?

R. Si camphoram minutim conscissam eidem insperseris, & accenderis.

*

De Aëre.

Probl. 33. Cur circa auroram, & tempore matutino aër est frigidior, quàm circa mediam noctem?

R. Quia die instante, cadit ros & pruina, sed ros & pruina sunt frigida; igitur cum terra aspergatur humore frigido, etiam aër frigescit.

Probl. 34. Cur aër solet magis esse serenus nocte, quàm die?

R. Quia de die sol calore suo movet, & elevat halitus, qui aërem turbant.

Probl. 35. Cur aër à nobis afflatus ore compresso est frigidus, deducto calidus?

R. Quia ore constricto aërem, qui nos ambit, hiante ore aërem ex pulmonibus calefactum, propellimus.

Probl.

Probl. 36. Quoties de die respiramus?

R. Id prodit motus arteriæ, qui intra horam micat ac subsaltat 4450. vicibus, & intra diem solidum seu 24. horas 106800. in sano homine.

Probl. 37. Cur aliqui homines tam diu intra aquas vivere possint; cùm tamen ibi aëri accessus non detur?

R. Quia tales homines amplos valde pulmones & fistulosos habent, per quorum cavitatem tantum aëris excipiunt, quantum sufficit ad vitam tempore sat longo intra aquas sustentandam.

Probl. 38. Utrum aër omninò necessarius ad vitam?

R. Affirmativè, si loqueris de animalibus perfectis; nam insecta in partes concisa aliquandiu vivunt, tamen non in omni parte respirant. Nullum autem est actu animal, quod solo aëre nutriatur; quod quamvis jam olim de Chamæleonte diceretur, mera tamen fabula est.

Probl. 39. Cur aër purior est hyeme, quàm æstate?

R. Quia eò purior est aër, quò à permixtione aliorum elementorum est liberior; hoc autem aëri contingit hyeme; æstate siquidem vi æstus major halituum copia extruditur, qui aëri admixti ipsum magìs impurum reddunt.

Probl. 40. Cur aër ab animali emissus, seu anhelitus: hyeme ad instar densissimæ nubeculæ concrescit?

R. Quia hic vapor statim frigore congelatur.

Probl. 41. Cur, qui currit, non refrigeratur, estò semper recentiorem auram captet?

R. Quia motu calorem in se concitat, qui prævalet refrigerio novi aëris.

Probl. 42. Utrum aër ponderari possit?

R. Affirmativè. Probatur id experientiâ *Riccioli*, qui ponderavit in exactissima bilance vesicam siccam, & invenit illam ponderâsse 4. scrupul. & 4. grana; postquam autem aëre fuit inflata, ponderavit 4. scrupulos & 6. grana, unde pondus duorum granorum addidit aër.

Probl. 43. Quomodo ipso halitu contagiosi morbi concilientur?

R. Quia aëri admixtus anhelitus, alteri per os, vel nares afflatus, tum pulmonibus, tum cerebro pestilentem vim infert.

Probl. 44. Cur aëre multùm humido generantur morbi?

R. Quia, ubi multa humiditas, facilè putredo subingreditur; proinde cùm aërem humidum attrahimus, multa replemur humiditate, putrediníque reddimur obnoxii, præcipuè si interim accesserit calor; putredinem verò morbi sequuntur infiniti.

✱

De Terra.

Probl. 45. An terra creata sit autumnali vel verno tempore?

R. Pro-

R. Probabilius in ipso æquinoctio verno; & quidem 1. quia Scriptura ait: *germinet terra herbam virentem.* 2. Quia credibile est, Deum amœnissimo tempore voluisse mundum condere, quale tempus est vernale. 3. Quia idipsum Concilium Palæstinum clarè asserit, cujus Concilii assertum: etsi non sit de fide, quia fuit particulare tantum, negari tamen non potest, eò quòd maximæ sit authoritatis. 4. Quia Judæi tam lege, quàm immemorabili traditione, semper à Mense Martio sumebant annorum suorum initium.

Probl. 64. Fuitne terra ab initio à DEO cum montibus creata?

R. Ita sentiunt quàm plurimi; dicúntque, terram habuisse quosdam, & postea accessisse alios montes tum per diluvium, tum per terræ motus.

Probl. 47. An terra ab initio Mundi produxit rosas sine spinis?

R. Ita S. Augustinus & Ven. Beda cum aliis sentiunt; quia DEUS post peccatum Adami primùm dixit, terram ei spinas & tribulos germinaturam. S. Thomas tamen & Albertus Magnus cum aliis contrarium sentiunt.

Probl. 48. Quantum est spatium de terra usque ad convexum cæli stellati?

R. Tantum spatium, ut, si illinc devolveretur lapis molaris, impenderet nonaginta annos, priusquam terram attingeret. Si

quis recto tramite ſcanderet ad convexum cœli ſtellati, & quotidie viginti milliaria conficeret, indigeret octo millibus annorum; unde ſi Adam eò cœpiſſet taliter aſcendere à ſua morte, nondum eò perveniſſet, ut refert inſignis Aſtrologus apud Arabes Alpharabius.

Probl. 49. An terra (juxta Copernicanos) circa ſolem movetur?

R. Talis motus repugnat Scripturæ ſacræ, cujus auctoritas firmior eſt omni ratione; legimus enim apud *Eccleſiaſten cap. 1. Terram in æternum ſtare, ſolem autem oriri, occidere, & ad locum ſuum reverti, girari per medium & flecti in aquilonem, & luſtrare univerſa in circuitu.* Et *Joſue 11.* dicitur, *Sol & Luna ſtetiſſe, & non feſtinâſſe occumbere ſpatio unius diei.* Et *Iſaia 38.* narratur, *ſolem retro ceſſiſſe decem lineis per gradus, per quos deſcenderat.* Igitur juxta Scripturam Sol, Luna & Aſtra circa terram, non verò terra circa ſolem movetur.

Probl. 50. Cur in aliquibus terris citò cadavera in pulveres reſolvuntur?

R. Quia humidum habent ſubtile, quod poros cadaveris ſubintrat, & acredine partium gluten exurit, aut deſiccat, quo deficiente corpus in pulveres reſolvitur.

Probl. 51. Cur in aliquibus terris cadavera difficulter putreſcunt?

R. Tum quia ſalſæ & aluminoſæ ſunt; hæ enim terræ à putredine corpora præſervant.

Tum

Tum quia sunt nimis siccæ & frigidæ, aut nimis calidæ; in tali enim constitutione res non putrescunt.

Probl. 52. Cur terra Elementum est in medio Elementorum?

R. Tum quia gravius cæteris: tum quia sic facilius aliorum Elementorum concursu, ac cœlorum influxu frui potest; quò maximè indiget, cùm in terra & aqua plurima nascantur.

Probl. 53. Cur in montibus plerumque pascua meliora, quàm in vallibus reperiuntur?

R. Quia humor, quo herbæ nutriuntur, in montibus longè est subtilior ac purior, unde à calore cœlesti longè faciliùs illa humiditas digeritur, & in substantiam graminum & fructuum perfectius immutatur, & convertitur.

Probl. 64. Cur non ubique similis terra?

R. Quia sub aliquibus partibus terræ latent subterranei ignes, aqua, venæ metallicæ &c. Sub aliis non item; item quia aliæ habent hunc situm cœli, aliæ alium.

Probl. 55. Cur quædam terræ arenosæ, aliæ lapidosæ?

R. Arenosæ sunt, ubi pinguedo in particulas diffluens nimbi instar particulas terræ seorsim colligavit; lapidosæ, ubi majora frusta conjunxit.

Probl. 56. Cur in quibusdam terris nihil nascitur?

R. Quia vel habent subjecta metalla, à quibus acres halitus evaporant, vel sunt salsæ, vel siccæ, vel humidæ, vel calidæ, nimium.

Probl. 57. Cur sterilescit terra, sale vel aquis marinis conspersa?

R. Quia uterque est naturæ igneæ, ideo terræ dulcorem idoneum ad fæcunditatem exurit.

Probl. 58. Cur quædam terræ quondam fertiles, nunc steriles?

R. Quia terra aliqua multum pinguedinis exhalat, & aliò cum nivibus, ventis, aliisque modis defertur, multum etiam subterranei ignes ac solis ardor absumunt; plurimùm torrentes alio asportant.

✱

De Aqua.

Probl. 59. Cur aqua frigida ab hominibus æstuantibus hausta, illos nonnunquam interficit?

R. Quia tunc valdè aperiuntur, ac dilatantur pori totius corporis, unde aqua tota ferè transit in præcordia; sicque nimio suo, subitoque frigore nativum calorem, ad vitam necessarium perimit.

Probl. 60. Cur aqua facilè congelatur in frigore?

R. Quia natura sua etiam est frigida, unde fit, ut accedente extrinseco frigore facilè coëat.

Probl. 61. Cur vinum non tam facilè congelatur? R. Quia

R. Quia habet nativum calorem, quo frigus à se repellit. Sic vinum adustum ferè nunquam congelatur; quia multò adhuc majorem calorem nativum habet, magisque resistit frigori, quàm vinum naturale.

Probl. 62. Cur aqua cocta crassior est, quàm non cocta?

R. Quia per ignem, subtiliores illius purioris humoris partes, evolârunt.

Probl. 63. Cur aqua cum oleo difficilè misceri potest?

R. Quia; cùm oleum maximè tenax sit, illius partes non ita facilè dilui, nec dividi possunt, quod tamen mixtio desiderat.

Probl. 64. Cur aquæ motæ minùs putrescunt?

R. Quia juxta Aristotelem, putrefactio in humido ab externo calore oritur, quem proinde perpetua aëris mutatio prohibet.

Probl. 65. Cur & quomodo gutta cavet lapidem?

R. Quia motu guttæ illabentis, insensibiles saxi particulæ, vel atomi diluuntur, ac difflantur.

Probl. 66. Cur cadavera post aliquod tempus ex aqua enatant?

R. Quia corpus non tumefactum, est gravius aquis, tumefactum levius, etsi in aëre levius sit non tumens tumefacto; hoc enim multam aquam continet, quæ intra aquam pondus non auget.

Probl. 67. Quænam aqua omnium saluberrima? R. Quæ

R. Quæ tenues, pellucidæ, saporis odorisque expertes ac leves sunt, bona aqua est, teste Plinio, si calefiat, vel refrigeretur celeriùs.

Probl. 68. Cur aqua salubris censetur, quæ anguillas gignit?

R. Quia illæ omnem mucorem absumunt.

Probl. 69. Cur ex aliquarum aquarum potu nascuntur strumæ?

R. Quia tales aquæ fiunt ex resolutione nivium, hæ verò secum multum trahunt è terrestri & crudo: crudum repugnat resolutioni, hæret in musculis & glandibus, ibique concretum durescit.

Probl. 70. Cur aqua pluvialis utilior hortis, quàm fontana?

R. Quia aqua pluvialis citò putrescit, quæ verò putrescunt, in aliud convertuntur pro dispositione subjecti, & sic aqua pluvialis in terra, faciliùs vertitur in herbas, quarum semina continet.

Probl. 71. Cur lapis candens, si aquæ injiciatur, tonitru ciet?

R. Quia lapis ejusmodi aliquas partes aquæ convertit in vaporem, & facit illas bullire, aërque per bullas evolat, qui dum erumpit cum impetu, sonum illum excitat.

Probl. 72. Cur aqua puteorum non debet claudi?

R. Quia halitus, quando impediuntur, ne liberè avolent, corrumpunt aquam.

Probl. 73. Cur quidam fontes videntur bullire, cùm tamen frigidi sint? R. Quia

R. Quia sub his fontibus erumpunt halitus, qui aquam in bullas attollunt.

Probl. 74. Cur quædam aquæ calvos faciunt?

R. Quia fluunt per auripigmentum, quod inter alia mala, etiam depilat.

Probl. 75. Cur charta sicca natat, madida mergitur?

R. Quia siccæ chartæ aër adhæret, qui illi addit levitatem, qui in madente est depulsus.

Probl 76. Cur, si vitrum vel scyphum vacuum inversum aquæ submerseris, cum impetu resilit?

R. Quia aër intra scyphum contentus comprimitur, ac uti potest, se laxat, & scyphum ejicit.

Probl. 77. Cur vesica inflata non mergitur in aqua?

R. Quia est aëre plena, & cum eo conjuncta, est levior aquâ; jam verò leviora innatant gravioribus.

Probl. 78. An aqua aliqua ebrietatem caussare potest?

R. Affirmativè, quod Seneca de Lyncestio amne expressè affirmat. Et hoc fieri potest propter crassitiem, aut alias fumosas qualitates, quas talis aqua hausta in caput emittit.

§. 3.

§. 3.

Problemata de Meteoris.

De Cometis.

Probl. 1. Quomodo resciri possit, an Cometa sit sublunaris, vel superlunaris?

R. Expectandum, donec aliquis Cometa vel lunam obtegat, vel à luna obtegatur; hinc enim certò concludi potest, utrum sit supra vel infra lunam. Si lunam obtegat, sublunaris est; si verò à luna obtegatur, superlunaris est.

Probl. 2. Cur aliqui Cometæ tamdiu durant?

R. Quia ex viscosâ & tenaciori materia sunt compacti, tales siquidem halitus non ex aquea substantia, sed ex glutinosâ, & veluti ex bituminoso quodam vapore condensati sunt.

Probl. 3. Cur Cometæ sub tam variis figuris spectantur?

R. Id provenit ex dispositione exhalationum, quibus constant, quæ, quia instar Macheræ modò extenduntur, modò in orbem circumvolvuntur, inque aliam, & aliam radiosam stellarum figuram formantur; aliæ denique in longitudinem densantur, fit, ut etiam Cometæ sub tam variis spectentur formis.

Probl. 4. An non sæpiùs decipitur vulgus circa apparentiam Cometæ?

R. Affir-

R. Affirmativè. Certum enim eſt, ſtellam Veneris propè Horizontem adeò inter vapóres radiis circumquaque, àut in unam partem auctam apparuiſſe, ut à multis credita ſit ſtella crinita, ſeù cometes.

Probl. 5. Utrum Cometæ per ſe fauſti ſunt vel infauſti.

R. Cometæ per ſe potiùs fauſti ſunt, quàm funeſti; cùm per eos tractus ille regionis, in qua ſunt, à ſuis ſordibus purgetur, quæ quaſi in unum cumulum mirifica naturæ arte, hoc eſt, in unum corpus Cometæ congeſtæ, comburuntur, & conſumuntur.

Probl. 6. Quomodo Cometa poteſt ſterilitatem, aëris imtemperiem, febres peſtilentes ſignificare?

R. Poteſt id fieri ea ex cauſa, quòd tellus tali tempore ſua humiditate, quæ fæcunditatis cauſa eſt, privetur, ſiccæque exhalationes aërem inficiant, præſertim juxta loca paluſtria, in quibus humor ad fæcem exſiccatus putreſcit; calor item & frigus prædominantia morbos acutos faciunt.

Probl. 7. Poſſuntne Cometæ ventos, tempeſtates, terræ motus & inundationes naturaliter ſignificare?

R. Poſſunt Ventos ac tempeſtates ſignificare; quia eſt tanta copia exhalationum Cometæ inſervientium ad ſupremam Regionem delata, multum etiam manet, in media regione materiæ ventis gignendis aptæ;

ven-

ventos autem sequuntur maris tempestates. Terræ motus verò, & inundationes significare possunt, quatenùs exhalationes copiosè extractæ, dum liberum à terræ gremio exitum quærunt, eandem concutiunt, & mare agitant; hinc inundatio sequitur.

Probl. 8. Quomodo Cometæ prælia significare possunt?

R. Quia tempore Cometæ, caliditas in aëre diffusa, est excessiva, quæ inflammans spiritus in humano corpore cholericos reddit; ex cholera autem incitantur homines ad iram; & ex hac ad vindictam, ex vindicta denique ad prælia.

Probl. 9. Quomodo Cometa mortes Principum significare potest

R. Qui tales faciliùs inficit, eò quòd Principes plerumque sint subtilióris ac debilioris constitutionis.

★

De Tonitru, & fulgure.

Probl. 10. Unde tanta diversitas soni in tonitru provenit?

R. Hæc provenit à varietate exhalationis præcurrentis, & nubis percussæ; si enim exhalatio copiosa est, & densa, tonitru erit grave cum coruscatione; si verò exhalatio & nubes est rara, fit coruscatio sine tonitru perceptibili; si tandem exhalatio fuerit in nube spissa, fit tonitru sine fulgure.

Probl. 11. Quomodo tonitrua auctorum tormentorum explosione dissipantur?

R. Quia per talem sonitum aër commovetur, & exhalatio in nubes condensata unà cum illis dissolvitur.

Probl. 12. Quomodo tonitrua campanarum pulsu dissipari queunt?

R. Tum, quia per talem sonum nubes dissolvuntur, tum quia Dæmon, qui fulmina & grandinem ex pacto cum Sagis facto, vel suâ sponte non rarò adducit, per pulsum campanarum benedictarum recedit.

Probl. 13. Cur nigro rubescentium nubium tonitrua omnium periculosissima sunt?

R. Quia indicant, magnam ibi esse copiam aquarum, & ignitarum exhalationum; & consequenter longnm inter hæc contraria pugnam fore, grandinesque adeò ac fulgura secutura.

Probl. 14. Cur post fulgur, seu coruscationem visam, postea demum auditur tonitru?

R. Quia sonus successivè pertransit medium, non item lumen & visibiles species; & sic citiùs ad nos venit lumen quàm sonus, licèt prius, vel quasi simul fiat fractio nubis & coruscatio.

Probl. 15. Cur circa æstatis finem frequentiora sunt tonitrua, quàm aliis partibus anni?

R. Quia tunc magna copia halitûs ignei educta est, & aëri permixta.

Probl. 16. Cur hyeme rarò tonat?

R. Quia tunc parum de halitibus igneis seu calidis, & siccis aëri permixtum est.

*

De fulmine.

Probl. 17. Qualis differentia fulmen inter, & fulgur?

R. Fulmen nihil aliud est, nisi exhalatio ignita, è nube magno impetu excussa, differt autem à fulgure in eo, quòd fulgur sit exhalatio ignita, non pertingens usque ad infimam aëris regionem; exuritur enim, antequam eò usque perveniat; fulmen verò est exhalatio accensa, pertingens usque ad infimam regionem aëris.

Probl. 18. Cur fulmen ordinariè irregulari motu & obliquè defertur?

R. Quia ob subtilitatem suam facilè à recto itinere avertitur. Tum quia sæpe ex latere nubis obliquè excutitur; Et hoc ipso, quod fulmina obliquè ferantur, turres; & alta cacumina frequentiùs tanguntur, quam quæ in humili loco consistunt.

Probl. 19. Fulmen éstne lapis, igne è nubibus delatus, ùt vulgus putat?

R. Negativè; si enim lapis esset, fulmen non esset tam subtile, ùt corpora sine læsione trajiceret, nec occuparet tantùm spatium, nec tam citò evanesceret, nihil duri post se relinquens, nec tam facilè in alteram partem moveretur; licèt aliquando possint, & soleant exhalationes intra nubem concresce-

re

re in lapidem, qui unà cum fulmine tanquam bombardi globus cum pulvere pyrio accenso vibratur deorsum.

Probl. 20. Cur fulmen ordinariè in res duros & magis resistentes plùs sævit, mollibus intactis; nam constat, aurum & argentum inviolatô marsupio: ensem illæsa vaginâ, ossa salvâ carne esse combusta?

R. Quia fulmen juxta Aristotelem, in iis, quæ transitui illius resistunt, necessariò aliquam moram facit, & vim suam exercet; in iis verò, quæ mollia sunt, & non resistunt, per poros & occulta foramina celerrimè, atque adeò sine læsione rei, quam ferit, transit.

Probl. 21. Cur fulmen aliquando dolium vini consumit, vino integro & in eodem situ permanente?

R. Quia, cùm fulmen secum deferat materiam viscosam & tenuem, ideò combusto vase, viscosa hæc materia continet aliquamdiù liquorem, ne effluat, non secùs ac tenuis pellicula ovi, quæ est intra corticem, etiam deperdito cortice ejus, illud intra se continet.

Probl. 22. Cur fulmina nonnunquam sulphureum odorem emittunt.

R. Quia sicut à visceribus sulphur gignitur, ita & in aëre. Quandoque etiam ipse halitus causa talis odoris est, dum scilicet è terra sulphurea evocatus nativum solum redolet.

Probl. 23. Cur fulmen præcedere, & subsequi solet ventus vehemens?

R. Quia fulminis impetu aër præcedens vehementissimè impellitur, ac movetur, subsequens verò simili vehementiâ accurrit ad vacuum implendum.

Probl. 24. Cur ingruente tempestate, & imminente fulmine; non tutum est in fenestra, vel patenti loco stare?

R. Quia flamma fulminis, aëris motum sequitur; adeoque faciliùs se per hujusmodi patentes aditus insinuat.

Probl. 25. Cur fulmen aliquando per ædes discurrit?

R. Quia, cùm facilè mobile sit, ab omni venti vel aëris fluxu statim rapitur, eorumque motus sequitur.

Probl. 26. Cur fulminis flamma extingui non potest aqua?

R. Quia ex multo bitumine constat, cujus viscositas facit, ut illius partes quantumvis accensæ, non ita facilè dissipentur ab invicem, igitur etiam nec tam facilè extinguantur; non alio siquidem modo extinguitur ignis, quam per partium divisiones, & separationem.

Probl. 27. Cur ignis fulmineus lacte, præsertim caprino citiùs extinguitur?

R. Quia lac sua glutinacitate se affigit rei accensæ, & sic intra poros ignem suffocat.

Probl. 28. Cur intuentes cælum vehementer cruscans, graviter aliquando lædunt oculos, imò quandoque etiam excæcantur?

R. Ob

R. Ob vehemens sensibile, quod lædit sensum, & retinam oculi incendit, vel certè ob venenum oculo à fulgure immissum.

*

De Ventis.

Probl. 29. Cur sol occidens, relinques rubras nubes, significat ventos?

R. Quia rubor nubium provenit ab exhalationibus calidis adustis, quæ sunt materia ventorum. Ex eadem causa luna rubens maximè in pleni-lunio significat ventos, itémque halo ac corona circa solem.

Probl. 30. Cur venti & procellæ imbre cadente subsidunt?

Quia exhalátio assurgens, quæ, uti diximus, materia venti est, rejicitur in terram.

Probl. 31. Cur in summo sublimiorum montium vertice quasi continuè venti flant?

R. Quia supremi illa Regio aëris ab omni obice libera est, hinc ventus in ea liberè excurrit.

Probl. 32. Cur venti de summis montibus ùt plurimum descendunt?

R. Quia, cum aër in montibus frigidior sit, quàm in vallibus subjectis & consequenter densior, atque gravior connaturaliter deorsùm, obliquè ruit, rarioremque aërem in planitie & vallibus, cui incubat, premit, ac extrudit.

Probl. 33. Cur inter rupium, seu montium angustias ventus vehementer est?

R. Quia magis coarctatur, adeoque rapidiùs excurrit.

Probl. 34. Cur ex cavernis montium plerumque afflatur ventus?

R. Quia propter frigus locorum, aliquæ partes aëris citò condensantur, quæ infra leviores descendentes, cæteras premunt, & alias partes aëris extrudunt.

Probl. 35. Cur venti frigidi habent vim exsiccandi?

R. Quia venti, quando sunt frigidiores, tunc magis corpora constringunt, adeoque ex iis exprimunt humorem, eóque expresso corpora exsiccant.

Probl. 36. Cur venti magis etiam, quàm sol exsiccant corpora, v. g. *lanam?*

R. Quia venti non tantùm humorem ex corporibus exprimunt, sed eum etiam secum deferunt, & abducunt, quod sol non facit, sed solùm per partes, & sensim eundem educit.

Probl. 37. Cur ventus, si manè incipit, solet magis durare, & diutiùs flare?

R. Quia ventus incipiens manè, generatur ex multa materia coadunata, adeoque est vehementissimus, cùm itaque multum habeat materiæ, mirum non est, quod magis duret: & diutius flet.

*

De Pluvia, & grandine.

Probl. 38. Cur in æstate majores guttas pluit?

R. Quia

R. Quia æstate vi caloris ad altiorem tractum aëris, vapor educitur, quò ex altiori enim loco guttæ pluviæ descendunt, eò majores sunt, quia in majori illo aëris tractu, quem in descensu decurrunt, plures aliæ guttulæ ei adhærescunt?

Probl. 39. Cur hyeme minores guttas pluit?

R. Quia vapor statim in infimo tractu aëris concrescit aut certè, si altiùs ascendit, ob majus frigus in nivem concrescit.

Probl. 40. Cur quandoque sanguineas guttas pluit?

R. Quia vehemens solis calor è locis cruentis, aut aliquo rubenti succo madidis, similem humorem attrahit, qui unà cum pluvia decidit.

Probl. 43. Cur cum pluvia subinde decidunt insecta v. g. *Vermes, mures, ranæ, viperæ?*

R. Varii varias hujus rei assignant causas, nobis videtur attrahi semen vermium, & aliorum similium insectorum, cum vapore, atque inde ea in nubibus generari.

Probl. 42. Cur pluvia agros magis fæcundat, quàm alia aqua?

R. Id contingit ob admixtas pingues & calidas terræ exhalationes, propter quas etiam citiùs putrescit.

Probl. 43. Cur rubedo cæli matutina significat pluviam, juxta sequentem versum?

Manè rubens cælum, venturos indicat imbres.

R. Quia vapores noctu collecti non sunt conversi in rorem, hi ergo attoluntur à sole, & crescit nubes.

Probl. 44. Cur rubedo cœli vespertinâ, quæ descendente sole est, indicat serenitatem, juxta versum hunc?

Nocte rubens cœlum, cras indicat esse serenum.

R. Quia vapores non habent, à quo attolantur; sic coguntur ad terram redire, cœlùmque purum permittere.

Probl. 45. Cur pallor lunæ significat pluviam, juxta hunc versum.

Pallida luna pluit, rubicunda flat, alba serenat.

R. Quia tunc est elevatus vapar, per quem spectatur; ex vaporibus autem fiunt pluviæ.

Probl. 46. Cur magna humectatio lapidum, & metallinorum vasorum, atque murorum indicat pluviam?

R. Quia tunc signum est, multos vapores elevari, qui, cùm omnes attolli non possint, remanent in aliis rebus.

Probl. 47. Cur coaxatio frequentata ranarum præsagit pluvias?

R. Quia ante pluvias, aqua multos vapores emittit, qui permulcent ranarum corpora; imò cum ea sint admodum humida, simul ab astris fuguntur cum aqua.

Probl. 48. Cur grandinis granum, si dividatur, habet in medio partes nigras in circuitu, per modum circuli depicti? R. Quia

R. Quia grando multum habet de terreo impuro.

Probl. 49. Cur aliquando in frustis grandinis inveniuntur pili, ac paleæ, & frusta ligni?

R. Hæc omnia, vel ventus, vel sol, cum vapore elevavit, quæ elata in nubes, inter decidentes ex nube guttas involuta congelantur simul cum reliquo vapore.

Probl. 50. Cur tempore grandinis auditur quasi strepitus armorum?

R. Quia tunc fit pugna vehemens vaporum contrariorum in aëre, siccorum nimirùm, & humidorum.

Probl. 51. Cur grando, dum in terram cadit, citò liquescit?

R. Quia, æstate plurimùm cùm cadat, de die terram calidissimam inveniat, mirum non est, si citò liquescat.

Probl. 52. Cur sæpius grandinat die, quàm nocte?

R. Quia noctu guttulæ singillatim cadunt; de die verò solares radii repercussi à terra, easdem quodam modo detinent, quæ interim condensantur, pòst congelantur, & sic decidunt. Grando enim nihil aliud est, quàm guttæ pluviales in aëre inter cadendum congelatæ.

*

De nive, & glacie.

Probl. 53. Cur in frigore intenso sunt minutiores nives?

R. Quia siccæ partes minùs sibi cohærent, etsi, quæ cohæserunt, frangantur.

Probl. 54. Cur nives ex siccioribus nubibus decidunt, quàm sunt eæ, ex quibus decidit pluvia?

R. Quia illæ valentiori frigore constringuntur; frigus autem, dum stringit, humorem exprimit; sicque nubes sicciores reddit.

Probl. 55. Cur in aliquibus partibus cadunt nives rubræ?

R. Id fit propter exhalationes nimiô plenas; sic etiam vetustæ nives rubescunt, quia talium qualitatum accipiunt mixturam, quæ ruborem exhibent.

Probl. 56. Cur, antequam ningat, frigus remittit?

R. Quia dum generantur nives, vapores illi, ex quibus generantur, excludunt à se partes calidas, quæ ad nos descendunt.

Probl. 57. Cur nives fæcundant agros?

R. Propter particulas terreas pingues, quas in se includunt.

Probl. 58. Cur aliquando, dum in planitie pluit, in montibus ningit?

R. Quia montes sunt propinquiores secundæ Regioni aëris, quæ est frigida, & sic in montibus majus est frigus quàm in vallibus; adeoque vapor, qui in montibus concrescit in nives, antequam ad vallem vel planitiem per calidum medium descendat, liquescit, & convertitur in pluviam.

Probl.

Probl. 59. Cur nives majorem inundationem faciunt, quàm pluviæ?

R. Quia hyeme clausis poris terræ, minus absorbetur nivium à terra.

Probl. 60. Cur nix multùm oculis nocet?

R. Propter suum candorem, & albedinem, quâ disgregatur violenter visus.

Probl. 61. Cur aqua marina (excepto Oceano septentrionali, ubi vehementia frigoris major est) *non congelatur?*

R. Quia in ea nimia est exhalationum calidarum copia, quæ frigoris activitatem impedit.

Probl. 62. Cur currens aqua non tam facilè congelatur quàm stagnans?

R. Quia fluxus, seu motus aquæ concretionem impedit.

Probl. 63. Cur vasa præsertim vitrea, in quibus congelatur aqua, rumpuntur?

R. Quia glacies se explicat, utpote sub majore dimensione jam existens, sicque latera vasis extrudit.

Probl. 64. Cur flumina ante glaciem aliquantulum increscunt?

R. Quia exhalationes illæ terreæ corpulentiam aquæ, non nihil per frigus densatæ, non valent pervadere, sicque eam attollunt.

Probl. 65. Quomodo glacies per æstatem in cellis asservari possit, & à liquefactione defendi?

R. Id contingit propter frigus cellearum, quod, cùm eo tempore majus sit ob antiperista-

ristasin, hinc sine difficultate glacies in iisdem asservari potest.

§. 4.

Teutsche Problemata.

1. Warum gehet der sogenannte Irrwisch oder feurige Mann einem Reisenden auf dem Fuß nach?

Mercke: der Irrwisch ist nichts anders, als ein dicker und zäher Rauch oder Dampff, der in dem untersten Lufft, fast auf der Erden entstehet, und von der Nacht-Kälte angezündet wird. Er befindet sich meistens bey Pfützen, Sümpffen, Galgen, auf den Kirchhöfen, an warmen und feuchten Orten, da es viel Dämpff giebet, die aus der feisten Erden, von den Wässern und den menschlichen Leibern aufsteigen. Diese feurige Dämpff gehen bald da, bald dorthin, nachdem der Lufft wehet. Wann nun einer auf der Strassen gehet, so ziehet er den Lufft an sich, folglich gehen ihm diese feurige Dämpff nach, und je geschwinder er gehet oder lauffet, je gewaltiger ziehet er den Lufft nach sich, und folglich je hefftiger folgen ihme selbe nach. Man muß also nit meynen, als wären diese feurige Männer allzeit böse Geister.

2. Warum bleiben die Wolcken in dem Lufft, und fallen nit herab?

Weilen die Wärme, so sich in den Wolcken aufhält, dieselbe leichter machet, daß, wann

wann sie biß zu dem mittlern Theil des Luffts gelangen, daselbsten verbleiben, und nicht über sich, wegen der Schwere auch nicht unter sich, wegen der Leichte, begeben.

3. Warum ist das Meer gesalzen?

Dieses ist der Sonnen-Hitze zuzuschreiben; dann diese ziehet die süsseste Theil vom Meer heraus. Dahero kommt es, daß das obere Meer-Wasser gesaltzner ist, als das untere; dieweil die Sonnen-Strahlen in das obere mehrers würcken; auch ist das Meer gegen Mittag, und im Sommer, wann die Sonne stärcker darauf scheinet, weit gesaltzner, als im Winter und gegen Mitternacht, da die Sonnen-Strahlen nicht so viel vermögen.

4. Warum haben diejenige, die da schlafend vom Donner-Strahl todt geschlagen werden, die Augen offen?

Weilen die Schlafende, gleichsam vom Strahl aufgeweckt, die Augen geschwind aufthun; wann sie also darüber gleich todt bleiben, so behalten sie solche offen; man kan ihnen auch dieselbe nicht mehr zuschliessen; weilen die Spann-Ader, oder das Weißgeäder allbereit erstarret.

5. Ob die Fische auch athmen?

Wird verneint; dann sie keinen Theil des Bauchs bewegen, wie andere Thier, so athmen; welche Bewegung aber zu Hohlung des Luffts gantz nothwendig ist. Zudeme, wann die Fisch im Wasser sterben, siehet man oben

auf

auf dem Wasser keine Blasen, welches geschiehet, wann sonst ein Thier im Wasser ersäuffet. Item, so bezeuget es die Erfahrung, daß die Fische keine Lungen haben, so doch das fürnehmste Stuck ist, das zu den Athmen erfordert wird.

6. Ob die Beiner empfindlich seynd?

Wird mit Nein geantwortet; weilen in denselben keine Spann-Adern seynd, so zu der Empfindlichkeit erfordert werden: Zudeme, wann die Beiner empfindlich wären, so müßte der Mensch in stetigen Schmertzen leben, dieweil gleichsam kein Augenblick vorüber gehet, wo die Beiner, darauf der gantze Leib ruhet, nicht angerühret werden: daß aber die Zähne, so auch Beiner seynd, einen solchen Schmertzen verursachen, das geschiehet wegen den Senn-Adern, so biß in die Wurtzel der Zähne gehen; und daher wird der Schmertz insonderheit in dem Theil der Zähne empfunden, so innerhalb des Zahn-Fleisches ist.

7. Warum einer länger als der andere den Hunger erleiden kan?

Dieses wird dem Magen und den Adern zugeschrieben; wann nun dieselbe enger und kleiner bey einem als bey dem andern seynd, desto länger kan er auch den Hunger erleiden. Welches auch erfahren diejenige, welche sich starck binden oder gürten, dadurch das Saugen der Adern etwas verhindert wird; und daher theils Völcker, wann sie in den Streit gezogen, sich

wohl

wohl gegürtet, damit sie im Nothfall den Hunger desto besser haben erdulten können.

8. Ob die Thier und junge Kinder auch Träum haben?

Wird beydes mit Ja beantwortet; weilen solches die Erfahrung lehret; wie dann die Hunde im Schlaff bellen und heulen, wie auch die Kinder lachen. Doch haben sie nicht solche vollkommene Träum, als die Erwachsene. Es ist auch bey grossen und alten Leuten mit den Träumen ein grosser Unterschied, also, daß theils ihr Lebenslang keinen Traum gehabt. Und solcher Unterschied wird den Dämpffen, die aus dem Magen in das Hirn steigen, und unterschiedlich seyn; zum Theil auch der Hurtigkeit der innerlichen Sinne zugeschrieben.

9. Warum erfordert ein Geschirr, welches voller Aschen ist, so viel Wassers, als ein anders, darinn kein Aschen seynd?

Weilen die Aschen von Natur warm seynd; dahero das Wasser, so darauf geschüttet wird, alsobalden sich verzehret, und zugleich auch die subtilere Theil der Aschen hinweg gehen. So nimmt auch die Trückne der Aschen viel Wassers hinweg, und gehet desgleichen viel Wassers in die Aschen, die sich vom Wasser nicht leichtlich einschliessen lassen.

10. Warum werden die Stern beym Tag von uns nicht gesehen?

Weil die Sonnen-Strahlen, als ein grosses Liecht, das Anschauen eines kleinern verhin

hindern; gleichwie ein kleines Kertzen-Liecht, welches doch brennet, hinter einer Fackel nicht gesehen wird.

11. Ob die Erde mit den Bergen, oder ohne dieselbe erschaffen worden?

Darauf wird geantwortet, daß sie vor dem Fall unserer ersten Eltern erschaffen, und mit der Erde herfür gebracht wordrn seyen, weilen sie vor dem Sündfluß gewesen, und die Arch Noe sich auf das Gebürg Ararat niedergelassen. Es ist aber kein Zweifel, daß auch viele Berg durch den Sündfluß entstanden seyen.

12. Warum wird der Tod, so von der Kälte verursacht wird, für sanfft gehalten?

Weil erstlich das Weißgeäder, oder die Senn-Adern erkältet, verursachen, daß solche Leute nichts empfinden, hernach fangen sie, wegen Erkaltung des Hirns, an zu schlaffen. Wann nun also das Hirn, und alle Spann-Adern untüchtig gemacht, so wird drittens alles Athmen v:rhindert, darauf dann endlich das Ersticken erfolget. Wann man aber solche Leute, ehe sie gar dahin sterben, geschwind in eine warme Stuben bringet, oder ihnen auch einen warmen Trunck eingiesset, so erholen sie sich allgemach wieder.

13. Warum seynd die Keller und Brunnen im Winter warm, im Sommer aber kalt?

Dieweil im Winter die auswendige Kälte die inwendige Wärme gleichsam belägert, daß

sie

sie nicht heraus kan; im Sommer aber die äussere Hitze die innere Wärme an sich, und heraus ziehet, daß also nichts, als die Kälte in den Kellern und Brunnen bleibet.

14. Warum erwachen und krähen zu gewisser Zeit des Nachts die Hahnen?

Dieses geschiehet aus dieser Ursach; weil der Hahn eine heimliche Verwandtschafft mit der Sonnen hat, daß er also mit solcher Untergang zu ruhen; und wann sie wieder über den Mitternacht-Punct geschritten, zu erwachen, und zu begrüssen beginne. Andere wollen, es geschehe aus einer verborgenen Eigenschafft, dann gleichwie alle Thier etwas sonderbares an ihnen haben, dessen Ursach man nicht geben kan; also geschiehet es auch bey den Hahnen.

15. Warum entstehen offtmahls Winde nach dem Regen?

Dessen ist Ursach die Erde, welche, wann sie zuvor ausgetrucknet, und von den Sonnen-Strahlen gleichsam gedörret gewesen, aber durch den Regen erweichet ist, so giebet sie Dämpffe von sich, daraus die Winde herkommen.

16. Warum wissen die Thier besser als die Menschen, was für ein Wetter kommen werde?

Weilen die Sinne bey ihnen besser seynd, als bey den Menschen; dann bey den Menschen werden dieselbe durch die vernünfftige Seele

verhindert; nicht aber bey den Thieren, indem sie kein vernünfftige Seel haben.

17. Warum haben die feiste Leute weniger Geblüt, als die magere?

Weil die Natur den besten Theil des Geblüts in die Feistigkeit zu verwandlen pfleget; hingegen bey den magern die Wärme die Feistigkeit verhindert; dann bey den magern ist die Wärme grösser als bey den feisten. Und dahero werden auch gemeiniglich die feiste Leute nicht gar alt, wegen wenigern Geblüts; seynd auch insgemein nicht so nachsinnig und hurtig, als die magere. Jedoch ist solches mit Unterschied, und meistens nur von allzugrossen Schmeerbäuchen zu verstehen.

18. Warum wachsen denen erhenckten die Haare?

Dieses geschiehet nicht bey allen, sondern nur bey denen, die einer feuchten Natur seynd. So lang wachsen in diesen erhenckten die Haare, so lang in ihnen etwas vom Hirn übrig ist; weil das Hirn stets einen Dunst von sich giebet, woraus die Haare wachsen. Es wachsen ihnen auch die Haare, weil ihre Cörper stets der Sonnen unterworffen, welche mit ihrer Hitze alle in diesen Cörpern enthaltene Feuchtigkeit in einen Dampff zertheilet, woraus die Haare starck zu wachsen pflegen.

19. Warum braucher man zum Schrepffen ein Liecht?

Darum, damit der Lufft dünner und läcker durch die Wärme in dem Laß-Kopff werde,

dann

dann so dieses nicht geschiehet, so ziehet der Laß-Kopff kein Blut an sich. Und pfleget man den Leib zuvor wohl zu erwärmen, damit das Geblüt desto lieber lauffe, weilen die Wärme eröffnet, und das Blut an sich ziehet.

20. Warum ist das Menschen-Fleisch süsser als der andern Thier?

Weilen die Speisen, deren sich die Menschen gebrauchen, mehrer Theils süßlecht seynd; und dann auch wegen der innerlichen Wärme, so bey den Menschen mäßiger ist, als bey den Thieren. Die Schwein haben zwar auch ein süsses Fleisch; dahero schon öffters geschehen, daß mancher mörderischer Wirth denen Gästen Menschen-Fleisch für Schweinen-Fleisch aufgesetzt habe. Wer also reiset, der soll sich sonderlich vor einer schwartzen Brüh hüten.

21. Ob den Lauffern, damit sie desto besser lauffen können, das Miltz genommen werde?

Wird mit Nein geantwortet; dann, obschon das Miltz zum Lauffen vielen verhinderlich ist, auch das Seithenstechen verursachet; so kan ihnen doch dasselbe, ohne Nachtheil ihrer Gesundheit und Lebens nicht genommen werden: weilen sonsten das dicke verbrennt und schwartze Geblüt, und die Feuchtigkeit des Leibs in denselben ausgeschüttet, und sehr gefährliche Kranckheiten verursachet. Folglich gehen diejenige weit irr, welche meynen, es werde ihnen das Miltz genommen.

22. Warum ist die Dörr- oder Schwindsucht im Frühling und Herbst am stärckesten?

Weilen zu dieser Zeit alle Flüß beweget werden, auch der Lufft feuchter und unbeständiger ist, dardurch also der Leib beschwert, und die Kranckheit vermehret wird; folglich kommt es dahin, daß, wann diese Krancke wegen Abnehmung der Kräfften nicht mehr auswerffen können, sie ersticken und dahin sterben müssen.

23. Warum können die rauschige Leute nicht wohl stehen?

Weilen all zu viele Dämpffe in den Kopff steigen, wodurch der Ursprung der Spann-Adern, nemlich das Hirn verletzet, und verstopffet wird, daß die Geister nicht hinein kommen, ja solche Senn-Adern wegen der all zu grossen Feuchtigkeit hangen gleichsam da; folglich können sie das Glied nicht recht bewegen.

24. Warum fallen die Weinrauschige für sich; die Bierrauschige aber hinter sich?

Weilen die Wein-Dämpffe den vordern Theil des Haupts und Leibs einnehmen; das Bier aber den hintern Theil des Haupts und Leibs besitzet; dahero kommt es, daß solche Trunckenbold gemeiniglich vergessend, und sehr schlaffsüchtig zu seyn pflegen.

25. War-

25. Warum hungert arbeitsame Leute mehrers als die müßiggehende?

Weil in den arbeitsamen Leuten grössere Wärme ist, die mehr an den Gliedern hinweg nimmt; daher die Arbeit viel thut, daß man Lust zu essen bekommt, wann anderst der Leib rein ist; dann ein unreiner Leib, je mehr er bewegt wird, je übler er sich befindet. Daß aber die, so das Fieber haben, bisweilen hungerig seynd, kommt daher; weilen offt etwas von dem schwartzen Geblüt in den Magen kommt, welches dann einen Appetit zu essen verursachet.

26. Woher kommt, daß einen im Schlaff die sogenannte Truten trucken?

Dieses ist keine Hexerey, wie ihnen viel einbilden, sondern im Grund eine natürliche Kranckheit, wodurch der Leib beschweret, folglich die Bewegung und Rede verhindert wird; sonderlich wann man auf dem Rucken lieget. Und entstehet diese aus einer zähen Feuchtigkeit, die den hintern Theil des Hirns angreiffet, die Gäng und Spann-Adern verstopffet; daher die äussere Glieder der lebendigen Geister anfangen beraubt zu werden. Absonderlich verursachen die unterschiedliche Feuchtigkeiten, unterschiedliche Träum und Einbildungen, vornehmlich bey denen, die einen schlechten Magen haben, und doch viel grobe Speisen essen.

27. Woher kommts, daß einige im Schlaff reden, und singen?

Es kommt daher; weil bey ihnen viel Gall ist, und das Hirn durch die Träume erwärmet wird; daher die bewegte Geister die Zunge und ander Glieder bewegen, daß das Reden, Singen, Lachen und Herumwälzen entstehen.

28. Warum fallen die *Lunatici*, oder Brettensteiger von einem Ort herunter, wann man sie bey ihrem Nahmen nennet?

Weilen der Verstand durch den Nahmen aufgeweckt, und die äusserliche Sinne ermuntert werden, dadurch der Leib schwer wird, und herunter fallet. Wann man selbe mit Ruthen streichet, so gehen sie dem Beth zu, und stehen hernach nicht mehr auf. Jedoch weil deren Leiber voll dicker, und scharffer Säffte seynd, so thut auch viel, daß man solche vomiren lasset, und mit dem Mercuriô dulci purgieret, auch den Hirschhorn-Spiritum, und verdünnende warme Geträncke gebrauchet.

29. Warum thuen die Schützen das ein Aug zu?

Weilen die Lebens-Geister in zweyen offenen Augen zerstreuet, und ausgetheilet werden, dahingegen dieselbe in einem Aug, wanns offen stehet, desto häuffiger zusamm kommen, und folglich die Sehens-Krafft desto stärcker wird. Dahero ein Schütz desto gewisser zielen kan.

30. Warum hören einige Leute besser als andere?

Dieses wird zum Theil den Ohren zugeschrieben, die bey einem trückner, als bey dem andern seynd; zum Theil dem Hirn, welches, so es ziemlich trocken, so ist das Gehör desto besser, das sonsten durch die Feuchtigkeit und Flüsse verderbt wird.

31. Ob den Sterbenden, wie die gemeine Rede gehet, die Augen brechen?

Wird mit Nein geantwortet, dann sie werden nur unbeweglich, und erstarren, daß sie scheinen, als ob sie gebrochen wären.

32. Warum reden die Sterbende vom Wandern?

Weil die Seel in grösten Pein und Schmertzen, nach dem Ausgang trachtet, und in solcher Bestürtzung dergleichen Reden führet.

33. Warum sterben einige ohne einigen Schmertzen?

Dieses geschiehet wegen der Wärme des Hertzens, dann, wann selbe schwach, so stirbt der Mensch geschwind.

34. Warum haben einige Sterbende noch Lust zum Essen?

Dieses kommt her von der Kälte im Magen, dann der kalte Magen ist begieriger zur Speise, als der warme; Es kommt auch

bisweilen die Verhinderung des Verstands darzu, daß man nicht weiß, was man begehret.

35. Warum werden die Felder, wann sie mit Saltz bestreuet werden, gemeiniglich unfruchtbar?

Weilen das Saltz durch die Trückne alle Feuchtigkeit aus den Feldern ziehet, und austrücknet, wann aber die Felder kein Feuchtigkeit innhaben, so können sie nicht fruchtbar seyn.

36. Warum wird das im Vollmond gefällte Holtz gemeiniglich wurmstichig?

Weil der Mond, wenn er voll ist, stärcker und gewaltiger in denen ihme unterwürffigen Dingen würcket, und ihnen seine mitbringende Feuchtigkeit einflösset, welche hernach ein Ursach des Wachsthum der Würmen ist, daß aber der Mond gleichsam ein Mutter und Gebährerin der Feuchtigkeit ist, können wir einiger massen abnehmen; weil wir sehen, daß die Feuchtigkeiten in unsern Leibern mit dem Mond sich verändern.

37. Woher kommts, daß es bisweilen Blut und Milch regnet?

Dieses wird der hefftigen Sonnen-Hitze zugeschrieben; dann diese ziehet die Feuchtigkeit aus solchen Orten, wahin man entweders Blut geschüttet, oder wo dergleichen rother Safft hervor kommet, in den Lufft, welche hernach zugleich mit dem Regen herab fället. Eben ein

sol-

solche Beschaffenheit hat es auch mit den Milch-Regen.

38. Warum ist ein Bimsenstein schwerer, wann er zerstossen worden, als vorhero, da er noch gantz ist?

Weil durch solche Zerreibung der Lufft aus den kleinen Löcherlein des Bimsenstein heraus getrieben wird, welcher vorhero die Erleichterung, oder das leichte Wesen verursachet; dann gleichwie die Erde von Natur eine Schwere verursachet; also pflegen im Gegentheil das Feuer, und der Lufft ein Ding zu erleichtern.

39. Warum ist ein Mensch nüchtern schwerer, als nach dem Essen?

Weil durch die Speisen die Geister vermehret werden, welche wegen ihrer lufftigen und feuerigen Natur den menschlichen Cörper erleichtern; dann Feuer und Lufft machen insgemein leicht. Dahero ist auch ein frölicher Mensch viel leichter, als ein trauriger, weil ein frölicher Mensch mit mehrern Geisterlein begabet ist, als ein betrübter. Auch ist ein Todter weit schwerer, als ein noch Lebendiger; weil dieser voller Geisterlein ist, jener aber derselben beraubt ist.

40. Warum heulen die Hunde, und schreyen die Katzen, und Eulen, wann ein Mensch in der Nähe sterben soll?

Weil aus dem krancken Menschen, der mit dem Tod ringet, ein durchdringender subtiler

Dunst heraus steiget, welcher wegen seiner subtilen Natur sich von dem Sterbenden bis in die Fern verziehet, welche obbenannte Thiere vernehmen, und zum Geschrey gereitzet werden. Ja die Eulen fliegen so gar zu Nachts diesem Dunst zu, setzen sich nahe bey den Sterbenden auf die Häuser, und schreyen; wie ichs selbst mit Augen gesehen. Dahero heist man diese Vögel Sterb-Vögel.

41. Warum wird man Anfangs auf dem Meer kranck?

Dieses wird zugeschrieben der Veränderung des Luffts, welcher auf dem Meer viel feuchtiger und gesaltzner ist, als auf der Erden. Da nun dieser in sich gezogen wird, so zwinget er den Magen sich zu übergeben; indeme die Gall durch die besagte gesaltzene Feuchtigkeit erreget, und mit Bitterkeit des Munds aufgetrieben wird; massen man erfahret, daß ein lauliches Saltz-Wasser gleiche Würckung habe.

42. Warum ist es nach Mitternacht, und vor anbrechendem Tag kälter, als vor Mitternacht?

Weil vor Mitternacht der Lufft von den Sonnen-Strahlen noch erwärmet ist, auch solcher so lang die Wärme von der Sonne bekommet, bis die Sonn den Mitternacht-Punct überschritten hat. Nach Mitternacht aber treibet die Sonn den frostigen Wind

vor sich her; darburch dann die Kälte gestärcket wird, bis endlich die Sonne nach und nach aufgehet und alles wieder erwärmet.

43. Warum ist zu Morgens frühe die beste Zeit zum Studiren?

Dieses hat man aus Erfahrnuß; darum sagt man: Aurora musis amica: Morgen-Stund tragt Gold im Mund! Dann der Kopff ist zu dieser Zeit viel geschickter; indeme die Geisterlein von groben Dämpffen gereiniget, und so viel lebhaffter und stärcker seynd, als zu Abends. Nach dem Essen soll man nicht gleich studiren; weil die Kräfften, welche die Verdauung der Speisen beförderen sollen, dardurch geschwächet, und abgewendet werden; dahero ein ungekochtes Geblüt, und blasses Angesicht entstehet. Zu Nachts mögen diejenige, bey welchen die Gall in dem Zunehmen ist, ohne Nachtheil der Gesundheit studiren. Die Alten aber sollen sich zeitlich niederlegen, die schleimigten Feuchtigkeiten, welche sich bey ihnen vermehren, zu verdauen, und hingegen desto früher aufstehen.

44. Woher kommts, daß ein Wunsch-Ruthe einschlage, wanns auf ein Ertz-Adern trifft?

Weil das Ertz unter der Erde einen Dampff von sich giebt, welcher diese Ruthe zu sich ziehet; folglich neiget sich diese Ruthe. Es ist aber ein jeder Baum mit einem sonderbaren

Metall verwandt: Die Haselnuß-Stauden hat ein Verwandtschafft mit dem Silber: Der Eschen-Baum mit dem Kupffer: Der Tannen-Baum mit dem Bley 2c. Dahero muß ein jedes Metall mit einer sonderbaren Ruthe gesucht werden.

CAP. V.

CHRONOLOGICA DE RERUM INITIIS.

§. 1.

Initia Rerum, in Sacra Scriptura contentarum.

1. Cœlum & terra.

In *principio creavit* DEUS *Cœlum & terram.* Gen. 1.

Annis abhinc juxta veriorem sententiam 4052. ante Christum natum. Fuit autem dies mundi primus *Dominicus.* Et quamvis Summus ille Artifex mundum creare potuisset momentô; paulatim tamen sex intervallo dierum elaborare maluit.

2. Primi homines creati.

Primi homines erant *Adam* & *Eva*, creati die mundi sextâ. *Gen.* 1. Adam productus est extra Paradisum, & quidem in campo Damasceno, ubi terra est rubra, & inde ab Angelo ad Paradisum translatus. Eva verò producta

ducta est in ipso paradiso. Vixit Adam annos 930. Eva 940. Paradisus erat locus Orientem solem spectans, ad omne delicium factus. Qui an hactenus quoque perseveret, anceps quæstio est, ac nemini soluta, fortè nec solvenda.

3. Primus homo natus.

Primus homo natus est *Cain* Annô Mundi 2. *Gen. 4.* novem nimirum mensibus post ejectos è paradiso primos parentes, ubi eos Virgines vixisse, sentit S. Augustinus. Cum Caino in eodem partu juxta SS. Patres nata est *Cainana*, postea uxor Caini.

4. Prima Vestis.

Primum genus vestium à DEO institutum fuit *tunica pellicea*; vel rectiùs pelliceum, quo Adam & Eva post lapsum fuerunt induti. *Gen. 3.* Annô Mundi 1.

5. Primus Pastor & Agricola.

Primus Pastor ovium fuit *Abel*, & primus Agricola *Cain. Gen. 4.* Abel greges pavit; Cain rus exercuit.

6. Primus latro.

Hic erat *Cain*, qui fratrem suum *Abel* ex invidia, eò quòd Abelis Victima DEO magis placuerit quàm sua, crudeliter in agro interfecit *Gen. 4.* & sic primus latro visibilem mortem in hunc orbem intromisit. Annô Mundi 130.

7. Primus homo mortuus.

Is ipse fuit *Abel*, qui Annô Mundi 130. à Caino interfectus est. *Gen. 4.* Cain verò

in sylva pro fera habitus, à Lamecho abnepote occisus est A. M. 688.

8. *Prima Civitas.*

Prima inter omnes Urbes erat *Enochia*, quam Cain fratricida exstruxit, eámque de nomine Enochi filii sui *Enochiam* vocavit. *Gen.* 4. Annô mundi 150. Primúsque leges Civiles pro Civitatis utilitate sanxisse præsumitur.

9. *Primum Bellum.*

Primum bellum cæptum est ab impiis *Cainitis*, omnia susque deque vertentibus. Annô Mundi 462.

10. *Primus Polygamus.*

Primus Author Polygamiæ fuit *Lamech*, qui ausus, quod nullus antè, uxores duas copulavit sibi, *Adam* nempè, & *Stellam.* *Gen.* 4. A. M. 628.

11. *Author tentoriorum.*

Primus Author habitantium in tentoriis erat *Jabel. Gen.* 4. ea enim primus erexit, ut Pastores vitam suam pastoritiam in iisdem eò commodiùs degere possent. A. M. 668.

12. *Primus Musicus.*

Hic fuit *Jubal*; erat enim primus Author & Artifex instrumentorum musicorum. *Gen.* 4. A. M. 670. Unde hodiedum dicimus: Jubel-Geschrey.

13. *Primus faber.*

Primus faber æris & ferri fuit *Tubalcaim.* *Gen* 4. A. M. 672. Is enim æs ferrúmque fudisse

fudisse dicitur, paci bellóque arma suppeditans.

14. Primus Inventor Astrologiæ.

Primi Inventores Astrologiæ, & Litterarum Hebraicarum fuerunt *filii Seth* A. M. 875.

15. Primus Concionator.

Is fuit *Noë*, Vir justissimus, qui, cùm totum mundum in maligno positum videret, scelerum ultorem Deum verbo & opere Reis intentavit, eosdemque ad pœnitentiam hortatus est. At, cùm scopulis caneret, ab omnibus irrisus, arcam extruxit, in qua condenda centum omninò annos consumpsit.

16. Primus Author navigandi.

Hic *Noë* erat, qui durante Diluvio A. M. 1656. direxit Arcam, à se jussu Dei fabricatam, quæ longitudine erat 300. cubitorum: latitudine 50. Altitudine verò cubitornm 30. distincta intùs in contignationes non aperta superiùs, sed tecta, Fenestrâ nonnisi unâ, unóque ostio instructa, cætera ad modum navis composita.

17. Esus Carnium.

Esus carnium primò introductus est post diluvium A. M. 1657. cùm antè nonnisi terræ frugibus vescerentur homines. Nam aquæ marinæ tellurem tamdiu salsedine sua mactantes, infæcundam reddiderunt, ut hominibus pascendis sola vix suffectura esset.

18. Pri-

18. Primus Inventor Aratorum.

Aratra primus invenit *Noë*, iisque per boves attractis terram proscindere cœpit; cùm priùs eam homines manibus solùm foderent. A. M. 1659.

19. Primus Author Vini.

Primus omnium ex uvis consitis vinum expressit *Noë*, vinique potu pro aqua usus est; atque ex hoc novo liquore, quo cùm liberaliùs se prolueret, primus ebrius factus. A. M. 1671.

20. Prima divisio terræ.

Tres Noëmi filii, *Sem* nimirum, *Cham* & *Japhet*, Orbem inter se partiti sunt. *Japheto* obtigit Europa. *Chamo* Africa: *Semo* Asia. A. M. 1788.

21. Primus Inventor artis pictoriæ.

Artem pictoriam & statuariam primus invenit *Sarug*. *Gen.* 11.

22. Prima divisio Linguarum.

Cùm homines diluviô perterriti, *turrim* illam *Babel* eveherent, ut ab omni deinceps exundationum vi tuti forent. Deus linguam eorum ita confudit, ut alter alterius linguam non caperet A. M. 1931. Et sic accidit, ut idioma unum in septuaginta duo fuerit divisum. Horum matrices sunt 7. nempe Hebraica, Hungarica, Illyrica seu Sclavonica, Græca, Latina, Germanica, Scythica seu Tartarica.

23. *Primus Rex.*

Primus titulô Regis usus est *Nemrod*. A.M. 1932. Ortum enim dedit Regno Babylonio-cum, seu Assyriorum, quod postea stetit per 1401. annos.

24. *Prima Regnorum Divisio.*

Orbis in plura Regna divisus est A. M. 1933.

25. *Lex Circumcisionis*

Hæc Lex instituta est A. M. 2138. quippe Dei jussu Abraham se, & omnes masculos suæ familiæ circumcidit.

26. *Primus Sacerdos.*

Primus Sacerdos, cujus in sacra Scriptura fit mentio, erat *Melchisedech*. A. M. 2118.

27. *Servitus Israëlitarum.*

Servitus Israëlitarum in Ægypto incepit A. M. 2451.

28. *Primum Pascha.*

Moyses ex Pastore Dei Legatus, attritis per decem plagas Ægyptiis, cum populo è servitute à Pharaone dimissus, & agnô asso manducatô, festinanter ad vesperam celebravit primum Pascha, exiitque cum illo ab Ægypto nocturno tempore. A. M. 2544. Censa sunt Israëlitarum ad sexcenta millia, præter pueros & fœminas. Insequentes eos Ægyptii, fluctibus maris obruti sunt.

29. *Templum Salomonis.*

Post 480. annos ab egressu Israëlitarum ex Ægypto, celeberrimi in Orbe templi jacta

ſunt à Rege *Salomone* fundamenta. A. M. 3023. Operariorum, qui ligna ad extruendum hoc Templum cædebant, 30. *millia* numerabantur. Eorum qui onera portabant, 70 *millia*. Latomorum *millia octoginta*, quibus omnibus præfecti erant Officialium *tria millia*, atque *trecenti*.

30. *Prima Dedicatio*.

Templum illud *Salomonicum* perfectum, menſe octavo dedicatum eſt à *Salomone*, mactatis integrô octiduô boum 20. millibus; Ovium verò 120. millibus. Vetitúmque Judæis templum alibi excitare, aut alibi gentium Sacrificium libare. A. M. 3030.

31. *Prophetiæ*.

Iſaias prophetare incepit Annô ante Chriſtum 746. *Iſaiæ* 1.

Jeremias Annô ante Chriſti. 628. *Jerem.* 1.

Ezechiel an. ante Chriſt. 601. *Ezech.* 1

Baruch. an. ante Chriſt. 605. *Baruch*. 1.

Oſeas an. ante Chriſt. 808. *Oſeæ* 1.

Joel an. ante Chriſt. 797.

Amos an. ante Chriſt. 785. *Amos* 1.

Jonas an. ante Chriſt 880.

Abdias an. ante Chriſt. 778.

Michæas an. ante Chriſt. 746.

Nahum an. ante Chriſt. 720.

Habacuc an. ante Chriſt. 708. Is diverſus eſt ab illo, qui prandium tulit Danieli.

Sophonias an. ante Chriſt. 640.

Aggæus an. ante Chriſt. 521.

Zacharias an. ante Chriſt. 521.

32. Chri-

32. *Christus natus.*

Tandem 25. Decembris Anno Mundi 4052. ex Maria Virgine in Bethlehem natus est Christus, Verus *DEUS* & *homo*; promissus ab Orbe condito, exspectatus à sæculo. *Luc.* 2.

33. *Prima Orbis descriptio.*

Hæc descriptio jussu Augusti Cæsaris facta est à Præside Syriæ Cyrino, Annô ipsô Nativitatis Christi. *Luc.* 2.

34. *Initium Signorum Christi.*

Initium signorum fecit JEsus in Cana Galilææ, Annô ætatis suæ 31. Vocatus enim cum Maria matre sua ad Nuptias, aquam in vinum mutavit. *Joan.* 2.

35. *Christus Crucifixus.*

Christus à Juda Proditore pro 30. argenteis venditus, à Judæis in monte Oliveti captus, à Pilato morti addictus, inter duos dein Latrones cruci affixus est in monte Calvariæ die 3. Aprilis. Sed post triduum gloriosê resurrexit à mortuis, & post 40. dies ascendit ad Cœlos, relictis sacrorum pedum suorum impressis terræ vestigiis, misitque paulò pòst super Discipulum Spiritum Sanctum. Annô ætatis suæ 33. intellige juxta Æram vulgarem, seu Dionysianam. *Vide infra.*

36. *Primus Christi Martyr.*

Primus pro Christo vitam dedit *S. Stephanus*, à Judæis lapidatus *Act.* 7. Die 26. Decembr Annô Christi 33. Corpus ejus pro-

jectum à Judæis die ac nocte jacuit, ut à feris consumeretur; sed intactum omninò permansit.

37. *Prima Scriptura Novi testamenti.*

Hæc erat Epistola Canonica S. Jacobi Maj. Apostoli A. C. 37. Qui & primus gentibus Hispanis prædicavit Evangelium, post ex Hispania reversus Hierosolymas, cùm ibi ferventiùs contra Judæos ageret, ab Herode Agrippa obtruncatus est. A. C. 41. Corpus ejus ab ejusdem Discipulis translatum est Compostellam A. C. 42.

38. *Symbolum Apostolorum.*

Symbolum Apostolorum, seu Symbolum fidei ab Apostolis editum est A. C. 41.

39. *Nomen Christianorum.*

Cùm Antiochiæ Christi fides mirum in modum excresceret, ejus Cultores ibi primò *Christiani* vocati sunt A. C. 42. Antea Christi fideles vocabantur Discipuli vel fratres; item Galilæi & Nazareni à Jesu de Nazareth Galilæo.

40. *Primum Concilium*

Primum Concilium celebratum fuit Hierosolimis ab ipsis Apostolis A. C. 34. in Causa Electionis Matthiæ Apostoli. Cùm enim Judas Iscariotes ex desperatione seipsum ex arbore suspendisset, Episcopatum ejus seu Apostolatum Petrus, reliquis assentientibus, in Matthiam contulit. Choro Apostolorum post accessit S. Paulus A. C. 36. demùm etiam S. Barnabas.

41. *Initia*

41. *Initia Evangeliorum.*

Primus ex Evangeliſtis ſuum Evangelium ſcripſit *S. Matthæus*. A. C. 40.

S. Marcus ſuum Evangelium ſcripſit. A.C. 45.

S. Lucas ſuum Evangelium, adhortante S. Paulo, conſcripſit. A. C. 58.

S. Joannes Evangeliſta, poſtquam A. C. 94. Apocalypſin ſcripſit, ſuum etiam Evangelium conſcripſit A. C. 99.

§. 2.

Initia Propagationis fidei Chriſtianæ.

Sæculô Primô.

Ab Anno Chriſti 1. ad 100.

Apoſtoli poſt ſuam diſperſionem ad prædicandum gentibus, quæ contigit Anno Chriſti 36. ſic inter ſe partiti ſunt ad fidem Chriſtianam propagandam.

S. Petrus prædicavit Evangelium Antiochiæ, ibique Cathedram Epiſcopalem fundavit an. 37. atque ei primus præfuit. Dein Romam profectus, ibi ſedem totius Chriſtianitatis primam & principalem ſtatuit an. 43. Poſtea Româ profectus eſt in Hiſpaniam an. 50. ibique relicto *S. Quadrô* uno ex 72. Diſcipulis, ipſe in Africam & Ægyptum transfretavit, ibique longè latéque Chriſti fidem diſſeminavit. Tandem Romam redux in crucem actus eſt an. 67.

S. *Joannes Evangelista*, adolescens sanctus Apostolus, fidem Christi prædicavit, & propagavit per *Asiam Minorem* usque ad annum Christi 101. quo obiit 27. Decembr.

S. *Andreas*, ex piscatore factus Apostolus, Christi fidem disseminavit per *Scythiam*, qui in Achaja cruci affixus est, in qua biduum vivus pendens, Christi fidem prædicavit an. 67.

S. *Philippus*, fidem Christi promulgavit per *superiorem Asiam*, qui in crucem actus est Hierapoli 1. May annô 54.

S. *Thomas* ex piscatore Apostolus factus, Christi fidem propagavit apud *Parthos* & *Indos*, qui telis confossus est Calaminæ 21. Decembr. an. 73.

S. *Bartholomæus*, priùs piscator, demùm Apostolus, Christi fidem divulgavit per *citeriorem Indiam* & *Armeniam majorem*, qui pelle detracta, capite plexus est 25. August. an. 71.

S. *Matthias* ab aliis Apostolis in Judæa locum constitutus, Christi fidem annuntiavit per *Æthiopiam*, qui lapidatus & obtruncatus est 24. Febr. an. 64.

S. *Matthæus* Christi fidem prædicavit per *Æthiopiam*, qui ad Altare Mysterium celebrans, mactatus fuit 21. Sept. an. 41.

S. *Simon Chananæus* Christi fidem disseminavit per *Mosopotamiam* & *Persidem*, qui occisus est 28. Octobr. an. 63.

S. *Ju-*

S. Judas Thaddæus Christi fidem prædicavit per *Arabiam* & *Idumæam*, *Ægyptum* & *Persidem*, qui in Perside trucidatus est an. 59.

S. Jacobus Major, primus Christi fidem exposuit per *Hispaniam*, qui ex Hispania redux Hieresolymis decollatus est an. 41.

S. Jacobus Minor, Christi fidem prædicavit *Judæis*, qui è summo templi loco præcipitatus est an. 62.

S. Paulus, antè *Saulus* dictus, cùm irâ tumidus Damascum peteret, Christianos persecuturus, propè eam Civitatem cœlesti luce circumfusus, & hac Christi voce: *Saule, quid me persequeris?* prostratus ex Saulo Paulus & ex lupo agnus effectus est. Post longè latéque Christi fidem disseminavit, ubique verbo & miraculis potens; adeò ut meritò *Doctor Gentium* diceretur. Romæ capite plexus est an. 67. E sectis venis lac largiter fluxit; item è trino excisi capitis saltu, tres eruperunt fontes.

Et hæc de SS. Apostolis.

Colonienses, *Trevirenses*, *Argentinenses*, *Leodienses* ad Christi fidem conversi sunt à *S. Materno*, *Valerio*, & *Euchario*, Discipulis S. Petri Apostoli.

Lemovicenses conversi sunt à *S. Marcellino* misso illuc à S. Petro.

Moguntini à *S. Crescente*, Discipulo S. Pauli, de quo fit mentio 2. ad Timoth. 4.

Constantienses, à *S. Beato*, Episcopo à S. Petro Apost. constituto.

Galli à *S. Dionysio Areopagita*, qui à S. Paulo Apostolo baptizatus, & constitutus primùm Athenarum Episcopus, mox in Gallias missus, Parisiorum Episcopatum instituit. Is ipse est, qui cùm adhuc gentilis Heliopoli degeret, & ea horâ, quâ Christus in Cruce mórtuus est, solem præter naturæ leges deficere cerneret, ad comitem exclamavit: *Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissòlvetur!* Hic Galliarum Apostolus, cùm vitam ad 110. annos produxisset, Parisiis obtruncatus est an. 97. abscissum caput passus bis mille detulit. Ejus sacra Lipsana è Gallis ad Germanos clam allata, in Monasterio Benedictino S. Emmerani Ratisbonæ condita esse dicuntur.

Sæculô Secundô.

Ab Annô Christi 100. ad 200.

Anglia cum *Lucio* Rege ad Christi fidem conversa est per *Fugatium* & *Damianum*, ab Eleuthero Pontifice illuc missos, an. 185. Primus tamen, qui fidem Anglis intulit, fuit *S. Josephus* ab Arimathia an. 62.

In *India* amplius propagata est fides Christiana per *Pantænum Alexandrinum*, qui Apostolico Zelo in Indiam Orientalem ad Evangelizandum profectus est an. 185.

Ratisbona, *Salisburgum*, *Augusta Vindelicorum*, aliáque *Austriæ* superioris & *Bavariæ* loca; Christi fidem edocta sunt per *S. Lucium*, Regnô suô Angliæ relictô, an. 190. qui obiit an. 201.

Lugdu-

Lugdunum, *Burgundia*, *Sabaudia*, aliáque laca ad Christi fidem conversa sunt per S. *Irenæum* Episcopum, qui Lugduni cum omni ferè civitatis populo Martyrium subiit primò anno persecutionis excitatæ à *Severo* Imp. an. 199.

Flandria conversa est per *S. Fuscianum*, circa annum 174.

Sæculô Tertiô.

Ab Anno Christi 200. *ad* 300.

Scotia, præeunte *Donaldo* Rege suo, Christianam fidem magna ex parte amplexa est, admissis Victoris Papæ Legatis, an. 203.

Leodienses ad Christum plenè conversi sunt à *S. Mamertino* Episcopo Tungrensi, qui obiit an. 276.

Pictavienses conversi sunt à *Victorino* circa annum 282.

Hoc eodem sæculo penetravit fides in *Suetiam*, & *Norvegiam*.

Sæculô Quartô.

Ab Anno Christi 300. *ad* 400.

Magna pars Imperii ad Christi fidem conversa est, quando Constantinus I. Imp. palàm Christo nomen dedit, fana Idolorum clausit, Ecclesias passim vero Numini dicavit, ipséque salutari lavacro expiari se fecit, an. 315.

Æthiopia, seu *India citerior* ad Christum conversa est per *S. Frumentium* Episcopum, ubi multis exantlatis laboribus obiit an. 327.

Iberia, hodie *Georgia*, cum Bacurio Rege conversa est per Christianam Ancillam, eò quòd ibi puerum ægrotantem è vestigio sanitati miraculosè restituerit, an. 327.

Bosnenses, *Valachi*, & *Moldavi* conversi sunt à *S. Nicolao*, Episcopo Myrensi. Qui, cùm adhuc Juvenis audiret, tres virgines redactas ad incitas de pudicitia periclitari, clam noctu tantam pecuniæ summam per fenestras injecit, quanta singulis dotandis sufficeret. Obiit an. 326.

Sæculo Quinto.

Ab Anno Christi 400. *ad* 500.

Scotia plenius ad Christum conversa est per *Palladium* Episcopum, an. 431.

Hibernia per *S. Patritium*, ibidem primum Episcopum, qui à Cælestino Pontif. illuc missus, 40. annos in ea Provincia laboravit, & annos natus 122. obiit an. 491.

Burgundia plenè conversa est an. 420. per *Domitianum* Genevæ Episcopum, vel rectiùs Eremitam, & Abbatem Lugdunensem, qui obiit an. 444.

Gallia pleniùs conversa est cum *Clodovæo* Rege, ope Clotildis Reginæ. Clodovæus enim in difficili contra Germanos pugna vovit, se Christianum forè, si de iis victoriam referret. Voti compos, per preces à Clotilde ad Deum fusas, factus, à *S. Remigio* baptizatus est, an. 496.

Hoc

Hoc eodem sæculo *S. Severinus* Abbas prædicavit Evangelium *Asturis* in oppido Austriæ inferioris, quod nunc dicitur *Stokeram*, quamvis rectiùs fortassis hoc nomine intelligenda sit *Styra*, urbs parva Austriæ superioris ad *Onasum* fluvium sita. Unde perrexit ad alia loca Austriæ inferioris, ac tandem *Viennenses* in fide instruxit, ac dein etiam *Tulnenses*, tum *Pasiavienses*. Obiit an. 454.

Sæculô Sexto.

Ab Anno Christi 500. *ad* 600.

Anglia pleniùs ad finem conversa est à *S. Augustino* Episcopo Cantuariensi, aliisque Sociis *Benedictinis*, qui eò missi sunt à S. Gregorio Magno Pap. an. 596.

Hispania cum Reccaredo Rege & Battâ Reginâ ab Arianâ Hæresi repurgata, & ad fidem Catholicam conversa est à *S. Leandro*, Episcopo Hispalensi, aliisque Benedictinæ familiæ Episcopis, an. 589.

Longobardia cum *Adulpho* Rege, operâ Reginæ Theodelindæ per *S. Barbatum* an. 568.

Bavaria cum Theodone III. Bavariæ Duce & tota Civitate Ratisbonensi plenè ad Christum conversa est à *S. Ruperto*, regii sanguinis è Gallia Monacho Benedictino, an. 580. Theodonem autem Rupertus baptizavit Ratisbonæ in *magna turri* auf dem Korn-Marckt, nächst dem Bayrischen Mauth-Hauß, als Theodonis damaligen Residenz-Sitz; ejusque delubrum, non procul ab hac Residentia

dentia situm (hodie Alte Capellen) vero Deo consecravit. Obiit hic Bavariæ Apostolus, an. 623.

Sæculô Septimô.

Ab Anno Christi 600. *ad* 700.

Helvetia & *Rhetia* magna ex parte ad Christum conversæ sunt, tum per *S. Columbanum*, qui obiit an. 615. tum per *S. Gallum*, & ejus Socios Monachos S. Benedicti ex Cænobio Sangallensi. Uterque ex Hibernia huc alapsi erant. Obiit S. Gallus an. 624.

Frisones, ac plerique *Belgæ*, imó & *Slavi*, *Carinthii &c.* conversi sunt per *S. Amandum*, Monachum Benedictinum, post Trajectensis Episcopatûs autorem, an. 647.

Franconia per *S. Chilianum*, Benedictinum ex Scotia an. 686. qui & regionem illam à se cultam fuso cruore rigavit, necatus irâ Geylæ Princeps, sed impotentis fœminæ an. 697.

Croatæ fidem Christianam amplexi sunt an. 630.

Suevia conversa est per *S. Magnum*, Benedictinum ex Gallia, qui obiit an. 690.

Westphalia magna ex parte conversa est per duos Benedictinos nempe per *Evvaldum* candidum, & *Evvaldum* nigrum (erant duo fratres germani) uterque ibi Martyrium subiit an. 693.

Flandria pleniùs conversa est per *S. Levinum*, Benedictinum ex Scotia, qui martyriô coronatus est an. 633.

Sæculô

Sæculô Octavô

Ab Anno Christi 700. *ad* 800.

Alemanni, sive *Suevi* pleniùs conversi sunt per *S. Corbinianum*, Benedictinum, primum postea Frisingensium Episcopum, an. 716. Obiit an. 730.

Brunsvvicenses, *Saxones*, & *Westvali* per *S. Suitbertum* Benedictinum, primum Werdeæ Cæsareæ Episcopum an. 705.

Brabanti, per *S. Humbertum*, Benedictinum, Leodicensem Episcopum; qui obiit an. 727.

Norimberga cum tota adjacente Regione per *S. Sebaldum* Benedictinum, qui & Norimbergæ an. 716. obiit in Benedictino Monasterio *S. Martini*, quod postea nomen *S. Egidii* obtinuit.

Germani, quippe plerique à fide Christiana defecerunt, iterum conversi sunt an. 716. per *S. Bonifacium* Benedictinum, qui im̃anis laboris ergò, Universalis Germanorum Apostolus dicitur. Erat hic Moguntinensium Præsulum primus Archiepiscopus. Tandem Frisonum ingratorum ense Martyr occubuit an. 755.

Regio illa apud *Lacum Bodamicum* (Boden-See) non solûm á venenosis vermibus purgata, sed & ad Christum conversa est à *S. Pirminio* Benedictino, qui obiit an. 727. de hoc speciali contra venenum Patrono hic versus exstat:

Sanctificet nostram sanctus Pirminius Escam,
Dextera Pirminii benedicat pocula nostra.

Der

Der heilige Pirminius
woll segnen unser Speiß,
Sein heilige Hand die seegne
auch unsern Tranck mit Fleiß.

Sæculô Nonô.

Ab Anno Christi 800. *ad* 900.

Sueci, Dani, Slavi, Hamburgenses, ad Christum conversi sunt per *S. Anscharium* Benedictinum, primum Hamburgensem Archiepiscopum an. 826, qui primus in Dania & Suecia scholas aperuit an. 831. Obiit an. 865.

Bulgari cum suo Rege *Trebellio* à *Paulo* Episcopo Populonii, illuc misso à Nicolao Pontif. an. 866.

Saxones ex integro conversi sunt per *Benedictinos*, adnitente *Carolo Magno*.

Moravi cum Uratislao Principe per *S. Methodium* Benedictinum an. 857. qui obiit an. 895.

Normanni cum suo Rege *Hundeo* an. 896.

Hungari ex parte, cum *Cacano* Duce, Caroli Magni amico, an. 805.

Sæculo Decimo.

Ab Anno Christi 900. *ad* 1000.

Poloni cum *Mieslao* Rege ad Christi fidem conversi sunt per *S. Adalbertum*, Benedictinum, qui postea à paganis in Ruthenia septies gladiô perfossus, & tandem capite truncatus, Martyr occubuit an. 997.

Mosco-

Moscovitæ cum *Wolodomiro* Duce, qui fidem Christi suscepit: an. 988. voluitque nominari *Basilius*.

Sæculo Undecimo.

Ab Anno Christi 1000. *ad* 1100.

Hungari cum *Stephano* eorum Principe ad Christum conversi sunt per *S. Gerardum*, Benedictinum, an. 1000. qui obiit an. 1042. Stephano à Sylvestro II. Pontif. *Crucem* Apostolicum illud insigne, præferendi copia facta est, ùt aliàs Archiepiscopis solet.

Lithuani & *Russi* per *S. Brunonem*, Benedictinum, & eorum Archiepiscopum, qui Martyrium subiit an. 1008.

Sæculo Duodecimo.

Ab Anno Christi 1100. *ad* 1200.

Pomerani & *Stetinenses*, eliminato idolorum cultu, ad Christum conversi sunt à *S. Ottone* Bambergensi Episcopo è Comitibus Andecensibus, an. 1124. Obiit hic Pomeraniæ Apostolus an. 1139.

Slavi pleniùs conversi sunt per *S. Bennonem*, Benedictinum, Misnæ Episcopum, qui obiit an. 1106. cujus corpus an. 1576. à Misna Monachium translatum, & in Ecclesia ad Beatissimam Virginem expositum est.

Sæculo Decimo Tertio.

Ab Anno Christi 1200. ad 1300.

Tartaria magnâ ex parte cum Rege *Cassabain* ad Christum conversa est per PP. *Dominicanos*, & *Minoritas* an. 1289.

Sæcu-

Sæculô Decimô quartô

Ab Anno Christi 1300. *ad* 1400.

Lithuani & *Jagello* eorum Princeps, ad fidem Christianam conversi sunt an. 1381.

Cumani in Hungaria: *Samogitii* & *Patarini* in Bosnia, adnitente Ludovico Hungariæ Rege, qui ad id usus est operâ *Peregrini* Bosnensis Episcopi. Obiit autem Rex Ludovicus an. 1342.

Lipna in Sclavonia conversa est ejusdem Ludovici Zelô fidei Catholicæ.

Regnum *Congo* (pars est Æthiopiæ) magna ex parte ad Christum conversum est per Missionarios à Joanne Lusitanorum Rege illuc petitos, 1385.

Sæculô Decimô quintô.

Ab Anno Christi 1400. *ad* 1500.

Græci schismatici, in concilio Florentino, posito schismate ad Romano-Catholicæ Ecclesiæ sinum reversi sunt an. 1439. quamvis mox pòst Constantinopolitani ab ea iterum defecerint. Ob hanc autem perfidiam gravissimè à Deo puniti sunt; quippe *Constantinopolis* an. 1453. in Festo Pentecostes à Mahomete II. Turcarum Imperatore, ingenti luctu Christianorum fuit expugnata, in qua expugnatione occubuit & *Constantinus* ultimus Constantinopolitanus Imperator; & sic Imperium Græcorum post annos 1122. concidit, ad translatum est ad Turcas.

In

In *America*, à Christophoro Columbo an. 1492. & postea ab Americo Vespuccio an. 1497. detectâ, primus Evangelium prædicavit *Buellius* Catalanus, Abbas Benedictinus cum 12. Sociis Benedictinis, qui in sola Hispaniola Insula plus quàm 170. millia idolorum confregerunt, atque eorum locò altissimas Cruces erèxerunt. Benedictinos postea secuti sunt PP. Franciscani, dein Dominicani, tandem Jesuitæ.

Seculô decimô sextô.

Ab Anno Christi 1500. ad 1600.

In *Japonia* primus Evangelium prædicavit *S. Franciscus Xaverius*, à S. Ignatio illuc missus, qui in vastissima illa insula, & in sex aliis Regnis, undecim centena millia Barbarorum ad Christum convertit, magnòsque Principes, Reges ac Reginas plures, quàm 12. sacro fonte expiavit. Tandem post tot labores in insula Sanciana, non longè à Sinarum regno, quo Evangelium inferre meditabatur, obiit an. 1552.

In Imperium *Monomotapa*, quod 25. alia Regna sub se comprehendit, Christi fidem induxit *P. Consalvus Sylveria* S. J. ibidem Martyriô coronatus an. 1561.

In *Mauritaniam*, P. Petrus *Mascarenia S. J.* qui obiit in Regno *Manala* an. 1583.

In *Brasiliam*. P. Josephus *Anchieta* S. J. ubi 44. integros annos in vinea Domini laboravit,

ac tandem ibidem 15. Junii an. 1597. sanctissimè obiit.

In *Marilandiam*, p. Andreas Vitus S. J.

In Regnum *Peruanum*, P. Alphonsus Barnaze S. J. qui obiit in urbe *Tusco*, an. 1593.

Seculô Decimô Septimô.

Ab Anno Christi 1600. ad 1700.

In Regnum *Tibeti* Christi fidem induxit P. Antonius Andrada S. J. qui in magna sanctitatis opinione obiit Goæ, an. 1633.

Hoc eodem sæculo reducta sunt ad fidem Catholicam, & repurgata ab erroribus *Carinthia*, *Styria*, *Austria*, *Moravia*, *Bohemia*, annitente Ferdinando II. Imperatore.

Hoc quoque sæculo *Gallia*, pulsis Hugonotis, per Ludovicum XIV. plurimùm reformata est.

Item ab hæresi repurgatus, & ad fidem Catholicam conversus est *Palatinatus superior*, tum per PP. *Jesuitas*, tum per 11. Patres *Benedictinos*, ex Monasteriis Bavaricis an. 1627. illuc missos. Horum Missionariorum Superior erat P. *Casparus Rueppandus* ex Benedictino Monasterio Andecensi, qui in Ecclesia *Nabburgensi* prope summum Altare sepultus est. Hujus Zelosissimi Viri Epitaphium ita sonat:

Ego frater Casparus Rueppandus Benedictinæ Missionis Superioris Palatinatus primus, Vermium

mium quoque Nabburgensium, an. 1631. ætatis verò 37. factus primus hîc esca.

Credere te, ô Nabburgensis, te orare, Viator
Catholicè docui, vivere, sicque mori.
Ora Catholicè, sic crede, & vivito, tandem
Sic morere hîc, nunquam gratior esse potes.

Hoc etiam sæculo multi ex Acatholicis Germaniæ Principibus, Comitibus & Baronibus &c. ad Ecclesiam Catholicam reversi sunt, ùt *Saxo*, *Palatinus*, *Wirtenbergensis &c.* quos Linguâ vernaculâ certis ex caussis indicare placuit.

Aus dem Chur-Hauß Sachsen.

Joannes, Churfürst aus Sachsen, eben dieser, der die Augspurgische Confession, so der argliſtige Melanchthon geschmiedet, an. 1530. dem Kayser Carolo V. übergeben, und den Luther am meisten beschützet, wurde widerum Catholisch, und befahle in seinem Testament den Luther samt seinen Anhängern aus gantz Sachsen auszurotten. Also bezeuget der Original-Brief, welchen sein Printz Johann Friedrich Hertzog von Sachsen den 24. August 1532. an die Durchläuchtigste Hertzogen aus Bayern geschrieben: wie dann dieser Brief noch heut in dem Churfürstlichen Archiv zu München zu sehen ist. Hat also das Lutherthum in der ersten Wiegen schon angefangen zu sincken.

Albertus, Hertzog zu Sachsen-Weissenfels wird Catholisch an. 1659.

Julius Henricus, zu Sachsen Lauenburg.

Franciscus Carolus, dessen Bruder, an. 1630.

Rudolphus Maximilianus, auch dessen Bruder, an. 1620.

Franciscus, Julii des Hertzogs zu Sachsen-Lauenburg Sohn, mit noch mehr andern aus diesem Lauenburgischen Hauß an. 1641.

Fridericus Augustus I. Churfürst zu Sachsen und König in Pohlen wird Catholisch zu Wien an. 1696.

Fridericus Augustus II. dessen Sohn, anno 1714.

Christianus Augustus, Herzog zu Sachsen-Zeitz, Cardinal, Ertz-Bischoff zu Gran, und Kayserlicher Plenipotentiarius auf dem Reichs-Tag zu Regenspurg, wird Catholisch anno 1695.

Adolphus Mauritius Carolus, Hertzog zu Sachsen-Zeitz, dessen Vetter.

Aus dem Chur-Pfälzischen Hauß Neuburg.

Wolfgangus Wilhelmus, Herzog, samt der Durchläuchtigsten Familie, an. 1614.

Philippus Wilhelmus, dessen Sohn, Churfürst. Stirbt an. 1690.

Eduartus, Rupertus und *Mauritius*, Pfaltzgrafen bey Rhein, drey Söhne *Friderici V.* des so genannten Winter-Königs.

Chri-

Christianus Augustus, Pfalzgraf bey Rhein, Hertzog zu Sultzbach, an. 1655.

Gustavus Samuel, Pfalzgraf bey Rhein, zu Zweybrücken-Kleeburg.

Aus dem Marggräfischen Hauß Brandenburg.

Christianus Wilhelmus, Marggraf zu Brandenburg, dazumahl Herzog zu Preussen und Administrator der Kirchen Magdeburg, wird Catholisch, an. 1633.

Aus dem Herzogl. Hauß Braunschweig und Lüneburg.

Joannes Fridericus, Hertzog zu Braunschweig Hannover, an. 1651.

Elisabetha Christina, Herzogin zu Braunschweig-Wolfenbüttel, verwittibte Römische Kayserin *Caroli VI.* wird Catholisch, anno 1707. zu Bamberg.

Antonius Udalricus, Herzog zu Braunschweig-Wolfenbüttel, Anherr der verwittibten Kayserin Elisabetha Christinæ, an. 1710.

Maximilianus Wilhelmus, Herzog zu Braunschweig-Hannover, ein Bruder Georgii Ludovici, Königs in Engelland.

Aus dem Herzoglichen Hauß Würtenberg.

Carolus Alexander, Herzog zu Würtenberg-Stuttgard, wird Catholisch anno 1713. zu Wien.

Albertus, Hertzog zu Sachsen-Weissenfels wird Catholisch an. 1659.

Julius Henricus, zu Sachsen Lauenburg.

Franciscus Carolus, dessen Bruder, an. 1630.

Rudolphus Maximilianus, auch dessen Bruder, an. 1620.

Franciscus, Julii des Hertzogs zu Sachsen-Lauenburg Sohn, mit noch mehr andern aus diesem Lauenburgischen Hauß an. 1641.

Fridericus Augustus I. Churfürst zu Sachsen und König in Pohlen wird Catholisch zu Wien an. 1696.

Fridericus Augustus II. dessen Sohn, anno 1714.

Christianus Augustus, Hertzog zu Sachsen-Zeitz, Cardinal, Ertz-Bischoff zu Gran, und Kayserlicher Plenipotentiarius auf dem Reichs-Tag zu Regenspurg, wird Catholisch anno 1695.

Adolphus Mauritius Carolus, Hertzog zu Sachsen-Zeitz, dessen Vetter.

Aus dem Chur-Pfältzischen Hauß Neuburg.

Wolfgangus Wilhelmus, Hertzog, samt der Durchläuchtigsten Familie, an. 1614.

Philippus Wilhelmus, dessen Sohn, Churfürst. Stirbt an. 1690.

Eduartus, *Rupertus* und *Mauritius*, Pfaltzgrafen bey Rhein, drey Söhne *Friderici V.* des so genannten Winter-Königs.

Chri-

Christianus Augustus, Pfaltzgraf bey Rhein, Hertzog zu Sultzbach, an. 1655.

Gustavus Samuel, Pfaltzgraf bey Rhein, zu Zweybrücken-Kleeburg.

Aus dem Marggräfischen Hauß Brandenburg.

Christianus Wilhelmus, Marggraf zu Brandenburg, dazumahl Hertzog zu Preussen und Administrator der Kirchen Magdeburg, wird Catholisch, an. 1633.

Aus dem Herzogl. Hauß Braunschweig und Lüneburg.

Joannes Fridericus, Hertzog zu Braunschweig Hannover, an. 1651.

Elisabetha Christina, Herzogin zu Braunschweig-Wolfenbüttel, verwittibte Römische Kayserin *Caroli VI.* wird Catholisch, anno 1707. zu Bamberg.

Antonius Udalricus, Herzog zu Braunschweig-Wolfenbüttel, Anherr der verwittibten Kayserin Elisabetha Christinæ, an. 1710.

Maximilianus Wilhelmus, Herzog zu Braunschweig-Hannover, ein Bruder Georgii Ludovici, Königs in Engelland.

Aus dem Herzoglichen Hauß Würtenberg.

Carolus Alexander, Herzog zu Würtenberg-Stuttgard, wird Catholisch anno 1713. zu Wien.

Boinnenberg.
Brincken.
Buseck.
Butzer.
Cibiswald.
Esterhasy.
Ferrenberg.
Fünff-Kirchen.
Fürstenberg.
Gallen.
Catzlauer.
Creutz.
Cronegg.
Culmayer.
Dietrichstein.
Dyherrn.
Eckard.
Egg.
Lamingen.
Lenscheim.
Lilienau.
Mandorff.
Mannsfeld.
Marschalck.
Gatterburg.
Genger.
Gersdorff.
Glaubitz.
Gleichbuch.
Grischeim.
Hardeck.
Helffstein.
Herberstein.
Herbersdorff.
Hoff-Kirchen.
Hohenfelß.
Hohenlohe.
Horn.
Isenburg.
Jörge.
Kleinach.
Kolonitsch.
Kuffstein.
Lamberg.
Sattiger.
Satzenhof.
Schartenberg.
Schafgot[illegible]
Schlick.
Schmid.
Metternich.
Missenau.
Mörsburg.
Nadasti.
Neuhauß.
Däntzl.
Wildenau.
Nothaff.
Ortenburg.
Pfaltzer.
Simmern.
Polheim.
Post.
Rabenau.

Puchheim. Transdorf.
Rauber. Trautmannsdorf.
Rosenbusch. Truchseß.
Rose. Veldkirch.
Rathmannsdorff. Vitzthum.
Rußwurm. Unruch.
Schubard. Wagenburg.
Schwaben. Weissenwolf.
Salenburg. Wertheim.
Sallhausen. Wischpfenning.
Schwartzenberg. Windischgrätz.
Sintzendorff. Wolmar.
Tättenbach. Zinzendorf.
Thanhausen.

Was für Länder aber vor Zeiten die *PP. Benedictiner* allein, zu dem Christlichen Glauben bekehret haben, kan der Leser im nachfolgenden ersehen.

Ægypten und *Babylon*, Bononius, ein Heiliger Benedictiner.

Böheim, Cyrillus, Adelbertus, Wolfgangus, Heil. Benedictiner.

Brabant, und Flandern, Livinus, ein Heil. Benedictiner.

Bulgariam, Trebellus, ein Heil. Benedictiner.

Boden-Seeische Gegend, Priminius, ein Heil. Benedictiner.

Bayrn und Salzburg, Rupertus, ein Heil. Benedictiner, der auch das noch heut zu sehen-

de Wunderthätige Mutter-Gottes-Bild nach Alten-Oeting vor tausend Jahren gebracht, und zur Verehrung dahin gesetzet.

Castilien, Adalbertus, ein Heil. Benedictiner.

Die *Canarische* Inseln, Brandanus, ein Heil. Benedictiner.

Dännemarck, Ansgarius, Gislemarus, Heil. Benedictiner.

Engelland, Furseus, Paulinus, Gregorius Magn. Mellitus, Augustinus, Honorius, und andere Heil. Benedictiner.

Elsaß, Arbogastus, Leopardus, Heil. Benedictiner.

Flandern, Audemarus, Levinus, Florbertus, Tillo, Heil. Benedictiner.

Franckreich, Maurus, Caidocus, Wandregisilus, Heil. Benedictiner.

Franckenland, Chilianus, Burchardus, Heil. Benedictiner.

Frießland, samt der Stadt Mayntz, Bonifacius, Wigbertus, Hieronymus; Radbodus, Gregorius Trajectensis, Heil. Benedictiner.

Gasconien, Amandus, Albo, Heil. Benedictiner.

Grub in Flandern, Joannes, ein Heil. Benedictiner.

Griechenland, Urbanus IV. Pabst, ein Benedictiner.

Gothe

Gothland, Adelgarius, ein Heil. Benedictiner.

Holland und Seeland, Wilibrordus, Adalbertus, Heil. Benedictiner.

Haßbandien und Triesterbandien, Suitbertus, Trudo, Heil. Benedictiner.

Irrland, Egbertus, ein Heil. Benedictiner.

Jülich, Geldern und Cleven, Lebuinus, ein Heil. Benedictner.

Karnten, Virgilius, ein Benedictiner.

Kenemarien, Ingelmundus, Adalbertus, Heil. Benedictiner.

Liefland, Meinradus, Petrus de Confluentia, Bernardus Ep. Bertholdus, Heil. Benedictiner.

Lithuanien und Preussen, Bruno, Hieronymus, Heil. Benedictiner.

Lüttich und Geldern, Ursmarus, ein Heil. Benedictiner.

Lycaonien und die Innwohner des Canton Bern, Alto, ein Heil. Benedictiner.

Lubavien, Christianus, ein Heil. Benedictiner.

Mähren, Gerardus, Gervadius, Heil. Benedictiner.

Mecklenburg, Joannes, Rumoldus, Heil. Benedictiner.

Nider-

Niderland, Amandus, Werenfridus: Heil. Benedictiner.

Nordgau, samt Nürnberg, Sebaldus, ein Benedictiner.

Northumbrien, Aidanus, ein Heil. Benedictiner.

Oesterreich, Ungarn und Böheim, Colmannus, Wolfgangus, Gisilarius, und andere Heil. Benedictiner.

Picardien, Blitmundus, ein Heil. Benedictiner.

Pinzgau, Vitalis, ein Heil. Benedictiner.

Pohlen und Ungarn, Gaudentius, Casimirus, Adalbertus, Heil. Benedictiner.

Pommern, Otto, ein Heil. Benedictiner.

Russen, Bonifacius, ein Heil. Benedictiner.

Rhätien, Sigisbertus, ein Heil. Benedictiner.

Seeland, Lambertus, ein Heil. Benedictiner.

Schweden, Dännemarck, 2c. Ansgarius, Stephanus, Rempertus, Heil. Benedictiner.

Schweitzer-Land, Gallus, ein Benedictiner.

Sachsen, Lullus, Ceddi, Willehadus, Wilfridus, Acca, Heil. Benedictiner.

Sclavonien, Lubentius, Bonifacius, Benno, Heil. Benedictiner.

Schottland, und *Poitu* in Frankreich, Ernanus, Euchadius, Egbertus, Heil. Benedictiner.

Sachsen, Frießland, Ludgerus, ein Heil. Benedictiner.

Schwaben, Magnus, ein Heil. Benedictiner.

Spanien, Æmilianus, Leander, Fulgentius, Martinus Dumiensis, Bernardus Visquensis, Heil. Benedictiner.

Teutschland, Bonifacius, Wilibaldus, Wunibaldus, und andere Heil. Benedictiner.

Trier, Goar, Wolfius, Heil. Benedictiner.

Transsylvanien, Lubuinus, ein Heil. Benedictiner.

Thüringen, Albuinus, Wunibaldus, Amandus, Heil. Benedictiner.

Ungarn, Anastasius, Gerardus, Wolfgangus, Heil. Benedictiner.

Wendel, Vicellinus, ein Heil. Benedictiner.

Wendenland, Joannes, ein Heil. Benedictiner.

Westphalen, Suitbertus, Ewaldus Candidus, Ewaldus Niger, zwey leibliche Brüder, und andere Heil. Benedictiner.

Ist also kein Ort in gantz Europa, wo nicht die Benedictiner das ungläubige Götzenthum, oder andere verdammliche Irrglauben haben ausgeschaffet; und das Heil. Evangelium eingeführet; ja nicht nur in Europa haben sie das Evangelium geprediget, sondern auch in *Asia* unter denen Mahometanern, in *Africa* unter den Saracenern, in *Assyrien* unter denen Armeniern, und in *America*, unter denen Mexicanern, und Brasilianern, abgöttischen Menschen-Fressern. *Vid. supra.*

§. 3.

Initia Rituum Ecclesiasticorum, ac variarum Devotionum.

1. Sæculo.

1. Dominicus dies, primus Christianorum dies festus, ab Apostolis instituitur.

2. Natalis Diei JESU Christi annua celebritas, ab Apostolis constituitur.

3. Epiphaniæ dies festus, Apostolicis constitutionibus statuitur.

4. Festa Paschatis, Ascensionis Christi, Pentecostes, ab Apostolis instituuntur.

5. Jejunium quatuor temporum, & jejunium Quadragesimale observari cæptum.

6. Missæ Sacrificium ab ipso Christo institutum, ab Apostolis sub nomine *Lyturgiarum* celebratum.

7. Usus

7. Usus frequens Eucharistiæ, etiam sub una specie.

8. Orationes & Sacrificia pro Defunctis. *S. Dionysius p. 3. cap. 7. de Hierarchia Ecclesiastica.*

9. Usus Aquæ Benedictæ, & signi Crucis; item Usus lampadarum & sacrorum Luminarium in Ecclesiis.

10. Usus invocationis Nominis JESU & Mariæ inter Christianos frequens, in subitaneis præsertim periculis.

11. Festum Purificationis Deiparæ, tempore Apostolorum celebratur.

12. Prima in orbe Ecclesia sub honore Deiparentis adhuc viventis, conditur Cæsar. Augustæ in Hispanniis à S Jacobo Majore *A. C.* 37.

13. Horarum Canonicarum institutio & distinctio ab Apostolis, quas Cursus divinos, sacras Synaxes; Opus DEI veteres appellare solebant.

14. Nazarena Virginis Domus in Templum ab Apostolis commutata est.

14. Primus Deiparæ Virgineum vultum ad vivum depinxit S. Lucas Evangelista. Talem imaginem in veteri Capella Ratisbonæ videre est.

16. Plerique, omnes Christiani nigrô utebantur habitu, in signum Passionis Dominicæ.

17. Co-

17. Comam radere cœperunt Clerici, cùm reliqui Christiani eam promitterent. A. C. 58.

18. Primus in litteris Apostolicis utebatur S. Cletus Pontifex hac formulâ: *Salutem & Apostolicam Benedictionem.* A. C. 83.

2. Sæculô.

1. Usus aquæ benedictæ, aliàs jam pridem in Ecclesiam introductus, à S. Alexandro I. decretô sancitur, atque stabilitur A. C. 129.

2. Aquæ mixtio cùm vino in Calice, præcipitur ab eodem Alexandro Papa, cùm priùs esset ad libitum A. C. 126.

3. Jejunium Quadragesimale, jam priùs à S. Petro Apost. institutum, decretô à S. Telesphoro Pap. firmatur. A. C. 146.

4. Tres Missæ in festo Nativitatis Christi omnibus Sacerdotibus permittuntur à S. Telesphoro. A. C. 147. Ne quispiam nisi jejunus Eucharistiam conficeret, aut sumeret, præcepit S. Soter.

5. Pascha jam pridem Apostolico jussu die Dominicâ celebratum, nonnullis aliud volentibus, novô edictô firmatur à S. Pio I. A. C. 158.

6. Ritus velandi & consecrandi Sacras Virgines, à S. Pio I. decernitur. Eas tamen sacrari ante 25. annos prohibuit.

7. Veneratio sacrarum Imaginum Apostolicis

licis temporibus in Hispania frequens, quiescente nonnihil persecutione, plurimum publicè invalescit. A.C. 198.

8. Hymnum: *Gloria in Excelsis*, alta voce cantari, præcepit S. Thelesphorus.

9. Sacerdotes à secularium jurisdictione immunes esse debere, statuit idem Thelesphor.

10. Desponsatos publicè coram Ecclesia copulari & benedici, statuit S. Soter Pap. Item statuit, ut ad baptizandum Patrinus adhiberetur.

3. Sæculo.

1. Ritus Ecclesiasticus sepeliendi mortuos ad hoc refertur sæculum, non quasi ab initio Ecclesiæ statim non fuerit illius usus; sed quia SS. Patres, qui de hoc Ritu scripserunt, hoc sæculo potissimùm vixerunt.

2. Usus calicis vitrei permittitur in Cœna Domini, à Zephyrino Pap. A.C. 209.

3. Ut Missæ sacrificium nonnisi super Altare consecratum offerretur, præcepit S. Sixtus II.

4. Jejunium quatuor temporum, quod tempore Apostolorum jam in usu erat, per universam Ecclesiam præcipitur ab Urban. I. Pap.

5. Semel lapsos ad pœnitentiam recipi posse, definitur ab Ecclesia A. C. 216. Item non esse rebaptizandos Hæreticos, cùm ad Ecclesiam redeunt. A. C. 217.

6. Ut Psalmi diu noctúque per omnes Ecclesias decantarentur, statuit S. Pontianus Pap.

7. Ut ante Missæ celebrationem Sacerdos, *Confiteor Deo Omnipotenti*, præmitteret, statuitur ab eodem Pontiano.

8. Notarios ad res Martyrum describendas, instituit S. Antherus Pap.

9. Ut omnis Christianus ter in anno Eucharistiam sumeret, statuit S. Fabianus Pap.

10. Ut singulîs annîs Chrysma renovaretur in Cœna Domini, combusto veteri, statuit idem Fabianus A. C. 242. Item, ut ex Christi instituto, Chrysma ex oleo simúlque balsamo commisceretur.

11. Matrimonia iniri prohibuit usque ad quartum consanguinitatis gradum S. Fabianus.

12. Ne quis Juramentum à Sacerdote, nisi per fidem, exigeret, sanxit S. Cornelius Pap.

13. Cardinalium institutio ab aliquibus ad hoc refertur sæculum, nimirum ad annum 267.

4. Sæculo.

1. Primus ex Imperatoribus Christianam fidem suscipit Constantinus Magnus, à Sylvestro I. Pap. A. C. 315. Romæ baptizatus.

2. Primus vexilla, scuta ac galeas notat. signô Crucis idem Constantinus.

3. Primus ubique Cruces erigi curat idem Constantinus, legéque cavet, ne quis imposterùm afficiatur Crucis suppliciô.

4. S. Helena Constantini Mater, divinis visis admonita, S. Crucem Christi, humi infossam, Hierosolymis perquirit, atque invenit. A. C. 325.

5. Psal-

5. Psalmos omnes finiendos hac clausula: *Gloria Patri, & Filio, & Spirituisancto*, ac addendum: *sicut erat in Principio &c.* Concilium Nicænum decrevit. A. C. 325. Idque propter Arianos dicentes: *Gloria Patri, per Filium in Spiritu Sancto.*

6. Chrysma ab Episcopo tantùm consecrari debere, statuit S. Sylvester Pap.

7. Breviarium in meliorem, quàm antea, formam redigitur à S. Damaso I. Pap. A. C. 370.

8. Psalmi ut alternis vocibus in Choro recitarentur, instituit idem Damasus.

9. Festum Annuntiationis B. V. M. celebrari cœptum A. C. 300.

10. Benedictio panis & mensæ hoc sæculo inducitur.

11. Symbolum Athanasii ab eodem Sancto editur ac publicatur. A. C. 340.

12. *Te Deum laudamus* primò componitur á S. Ambrosio & Augustino, cùm ille annô ætatis suæ 34. Mediolani à S. Ambrosio ibidem Episcopo baptizaretur. A. C. 388.

13. *Communicantes &c.* Canoni additur à S. Siricio Pap. A. C. 388.

14. Interstitia in sacris Ordinibus accipiendis servari, statuit S. Siricius.

15. Viduarum maritos & bigamos ab officio Sacerdotis excludendos esse, statuit idem Siricius Pap.

16. Debiles, vel aliquo membro mutilos, Clericorum albo non esse adscribendos, censet S. Anastasius Pap.

17. Ut Clerici, & qui sacris intersunt, Evangelium stando, venerabundi atque curvi neutiquam sedentes audirent, statuit idem Anastasius Pap.

18. Supplicationes, quas Græci Litanias vocant, tribus diebus ante Ascensionem Domini, primus instituit S. Mamertus Episcopus Viennensis in Gallia A. C. 390.

19. Alleluja hoc sæculo cantari cœptum in Ecclesia.

5. Sæculo.

1. Confessio publica hoc sæculô abrogatur.

2. Cerei consecatio pridie Pascasis introducitur à Zosimo Pap. anno circiter 419.

3. Festum Nativitatis B. V. M. instituitur A. C. 433. Et eodem anno Festum Assumptionis confirmatur.

4. Trisagium, quo DEUS immortalis ter *Sanctus* canitur, cælitus per puerum in sublime elatum, traditum fuit A. C. 446.

5. Pars illa Salutationis Angelicæ publicâ authoritate contra Nestorium Hæreticum confirmatur: *S. Maria Mater Dei &c.* quæ jam priùs privatè erat in usu.

6. Usus Cereorum in Festo Purificationis B. V. introducitur à Gelasio I. Pap. A. C. 492.

7. Psalmos antiphonatim dici, jussit S. Cælestinus Pap.

8. Con-

8. Consecratam in Cœna Domini Hostiam, in sequentem diem pro sacerdote & infirmis servari jussit Innocentius I.

9. Præfationem Missæ: *Verè dignum & justum est &c.* addidit S. Gelasius Pap.

10. Clericorum Ordinationes quater in anno fieri, præcipit idem Gelasius.

11. Aliis in Missa orationibus addi præcepit S. Leo Magnus: *Orate Fratres &c. Hanc igitur Oblationem &c. Sanctissimum Sacrificium, Immaculatam Hostiam &c. Ite, Missa est.*

12. Sacram Synaxin sub utraque specie etiam Laicis impertiri (ut Orthodoxa Ecclesia contraveniret Manichæis hæreticis, propugnantibus: *Christi Corpus absque vero sanguine fuisse*) præcepit S. Gelasius Pap. Jam tum demonstrans, id ex arbitrio Ecclesiæ pendere. Præceptum autem illud eò usque duravit, dum hæresis evanuit.

6. Sæculo.

1. Æra Christiana, seu mos, quo anni à Nativitate Christi numerantur, primùm inducitur à Dionysio Exiguo O. S. Benedicti, A. C. 532.

2. Modum recitandi in globulis Rosarium Marianum, invenit S. Benedictus Patriarcha. A. C. 538. Idque testatur ipsemet B. Alanus O. S. Dominici, Rosarii promotor eximius.

3. Hymnus, *Pange lingua gloriosi*, item *Vexilla Regis &c.* componitur à S. Venantio fortunato, A. C. 566.

4. Primus ex Discipulis S. Benedicti martyrium subiit S. Placidus, in Sicilia necatus à Piratis, qui DEO ulciscente, omnes naufragiô periêre. *A. C.* 541.

5. Consuetudo salutandi sternutantes, provenit à peste, quæ sub Gregorio Magno *A. C.* 590. Romæ grassabatur, ubi sternutandô, aut oscitandô solùm homines decedebant.

6. Contra hanc pestem *Litanias Majores* primus instituit S. Gregorius Magnus. *A. C.* 590.

7. Antiphonam: *Regina Cæli* composuit idem Gregorius contra eandem pestem. *A. C.* 590

8. Missam defunctorum in certam formam redegit S. Gregorius Magn.

9. Cantatus Choralis, vulgò *Gregorianus*: item, ut initiô Psalmorum dicatur: *Deus in adjutorium &c.* ab eodem S. Gregorio introducitur, circa an. 591.

10. Primus ex Pontificibus in literis Apostolicis se *Servum servorum* subscripsit S. Gregorius Magn.

7. Sæculo.

1. Usus pulsandi campanas ad Missas & Horas Canonicas inducitur à Sabiniano Pap. *A. C.* 604. Juxta alios usum Campanæ in sua Ecclesia primns iuvenit *Paulinus* Nolæ Urbis in campania Episcopus, qui floruit an. 420.

2. Ut

2. Ut lampades accensæ in templis continuè conservarentur, statuit idem Pontifex.

3. Pantheon à Phoca donô acceptum, & ab Idolis repurgatum, vero DEO in honorem omnium Sanctorum dedicavit, festúmque omnium Sanctorum instituit S. Bonifacius Pap. A. C. 607.

4. Respublica Veneta titulô *Reipublicæ Christianissimæ* insignitur ab Honorio Pap. A. C. 630.

5. Festum Exaltationis S. Crucis instituit idem Honorius, ob lignum S. Crucis ab Heraclio Imp. è Perside relatum A. C. 628.

6. Cantum Ecclesiasticum pristino vigori restituit, & Organa humanæ voci adhibuit Vitalianus Pap.

7. Usum pallii, ut mederetur multis Simoniæ malis, Archi-Episcopis concedi gratis jussit S. Leo II.

8. *Agnus Dei*, Missæ adjecit Sergius Pap. A. C. 690.

8. Sæculo.

1. Organa primùm A. C 757. in Galliam invehuntur.

2. Pipinus Rex Galliæ primus fuit, qui meritis & in sedem Apostolicam pietate nomen *Christianissimi* adeptus, & in posteros derivavit.

3. Usus obsignandi Bullas Pontificias per plumbum, abjectâ cerâ, inducitur hoc sæculo.

9. Sæculo.

1. Canonizatio ſolennis inducitur *A. C.* *800.* qua Verdæ in præſentia Caroli Magni à Leone III. qui primus Pontificum Germaniam petiit, in Sanctorum numerum adſcriptus eſt Suitberdus Epiſcopus, Ord. S. Bened.

2. Coronatio Imperatorum inducitur *A. C. 800.* qua primus Romæ à Leone III. in Occidentis Imperatorem coronatus eſt Carolus Magnus, Pipini Regis Galliæ filius, Ingelheymii in Germania natus. Hæc ſolita Coronatio cum Carolo V. exſpiravit.

3. Pretioſiores veſtes, aurum & argentum, omniſque corporis luxus univerſo Clero interdicuntur à Gregorio IV. Pap.

4. Feſtum SS. Trinitatis cum Officio, ab Alarino compoſito, celebrari cœpit. *A. C. 800.*

5. Feſtum omnium Sanctorum Romæ hactenùs celebratum, deinceps ubique terrarum celebrandum inſtituit Gregorius IV. *A. C. 835.*

6. Uſus Campanarum apud Græcos inducitur *A. C. 865.*

7. Proſæ Eccleſiaſticæ ſub Sacrum canendæ, primùm compoſitæ ſunt à Nodegero Leodienſi *A. 877.*

8. Lilia ſcuto Francico indita fuêre circa annum Chriſti *845.*

10. Sæ-

10. Sæculo.

1. Antiphona: *Salve Regina*, composita est, à S. Petro Episcopo Compostellano A. 959. Melos illud, quo hæc Antiphona concinitur, compositum est à B. Hermano Ord. S. Ben. qui obiit A. 1054.

2. Primus Commemorationem omnium fidelinm Defunctorum, primâ die post festum omnium SS. in suis Monasteriis fieri præcepit S. Odilo Abbas Cluniacensis, Ord. S. Ben. A. 998. Quem ritum postea universalis Ecclesia recipiens comprobavit.

3. S. R. I. Electores, qui ex solis Germaniæ Principibus esse debeant, primus instituit Gregorius V. Sacri Ord. Bened. A. C. 996.

11. Sæculo.

1. *Symbolum* primò cantabatur post Evangelium Romæ A. C. 1014.

2. *Cruciatæ* contra infideles & præcipuè pro recuperatione terræ sanctæ primò indicuntur ab Urbano II. A. C. 1095.

3. Globus aureus cum corona, insigne Imperii fit.

4. Officium parvum B. V. Mariæ juxta Mabillon primò composuit S. Petrus Damiani O. S. Ben. qui floruit A. C. 1058.

5. *Alma Redemptoris Mater.*

6. Ut septem Horæ Canonicæ quotidie à quovis Clerico dicerentur, præcepit Urbanus II. Pap.

7. Festum Immaculatæ Conceptionis, cujus cultum S. Jacobus Apostolus in Hispania jam fundabat, primus in Anglia instituit S. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus Ord. S. Bened. qui floruit A. C. 1084. Quod postea Sixtus IV. Pap. circa annum 1471. ab universa Ecclesia celebrari jussit.

12. Sæculo.

1. Corpora SS. Trium Regum Mediolanô à Reinoldo Comite à Dassel Friderici I. Imp. Cancellario, Coloniam transferuntur A. C. 1168.

2. Rosæ aureæ benedictio hoc Sæculô cœpta est.

13. Sæculo.

1. Usus erigendi præsepia die Nativitatis Christi, inducitur à S. Francisco Assisiensi A. C. 1208.

2. Pulsatio Campanæ sub Elevatione sacræ Hostiæ & Calicis, primum inducitur A. C. 1216. & ad salutationem Angelicam A. C. 1227.

3. *Pileus rubreus* conceditur Cardinalibus in Concilio Lugdunensi ab Innocentio IV. 1245.

4. Usus gestandi *Scapulare*, introductus est à B. Simone Stock, Ordinis Carmelitarum Priore Generali A. C. 1154.

5. Festum SS. Corporis Christi à tota Ecclesia celebrari, primus præcepit Urbanus IV. A. C. 1264.

6. Primus

6. Primus *Biblia*, ut hodie habentur, in capita distinxit Stephanus Cantuariensis Archi-Episcopus, qui obiit 1228.

7. Ædes Deiparæ è Nazareth in Dalmatiam, Angelorum manibus transferuntur A. C. 1291.

8. S. Domus Lauretana Thersattô, cum stetisset ibi tribus annis, locum, in quo de facto est, per 100000. passus, trausfertur A. C. 1294.

9. *Conclave* ad electionem Papæ instituit Gregorius X. A. C. 1274.

10. *Inquisitio* in Hæreticos in Hispania instituitur A. C. 1229.

11. Genuflexio ad *homo factus est*, agente S. Ludovico; uti & prostratio in lectione Passionis ad illud: *Exspiravit*, inducitur.

12. *Magisterium* Sacri Palatii statuitur.

13. Necessitas confirmationis Religionum à solo Pontifice, inducitur.

14. Sæculo.

1. *Jubilæi* celebratio centenaria statuitur à Bonifacio VIII. A. C. 1300. Quæ celebratio postea per Clementem VI. A. C. 1350. mutata est in 50. annos; & denique per Paulum II. A. C. 1464. in 25. annos.

2. *Sedes Apostolica* à Roma in Galliam, nempe Avenionem transfertur à clemente V. Gallo A. C. 1305. quam postea iterum Romam reduxit Gregorius XI. A. C. 1376.

3. Cor-

3. Corpus Christi sub Hostia consecrata publicâ supplicatione processionaliter per urbem Papiæ gestari cœptum A. C. 1364.

4. Festum Visitationis Deiparæ ab Urbano VI. instituitur A. C. 1389.

15. Sæculo.

1. Sonitus Campanæ ter in die, per Ecclesiam instituitur 1432.

2. Nomina Sanctorum in Baptismate primùm imponuntur in Germania 1400.

3. Festum *Transfigurationis Dominicæ* à Calisto III. ob victoriam ab Hungaris per Joannem Hunyadi ad Belgradum reportatam, instituitur. 1456.

4. Fraternitas *Mariani Rosarii* primùm erigitur Coloniæ à PP. Dominicanis 1475.

16. Sæculo.

1. Festum *S. Mariæ de Victoria*, ob victoriam celeberrimam à Joanne Austriaco de Turcis reportatam, instituitur 1571.

2. Calendarium novum, vulgè *Gregorianum*, loco Calendarii à Julio Cæsare olim in hánc normam redacti, inducitur à Gregorio XIII. A. C. 1582. Huic Calendario, utpote à Pontifice profecto, nolebant se conformare Protestantes, donec tandem ipsa rei necessitate convicti, in comitiis Ratisbonensibus consenserint A. C. 1700.

3. Circa annum Christi 1649. numorantur per orbem universum Monasteria 225044.

4. *Exer-*

4. *Exercitia spiritualia* per S. Ignatium, Societatis Jesu fundatorem, cum incredibili animarum lucro in Ecclesiam inducuntur.

5. Triduana 40. horarum oratio inchoatur à PP. Societatis Jesu.

17. Sæculo.

1. Congregationem de *propaganda fide* instituit Gregorius XV. A. C. 1622.

2, Titulus *Eminentissimorum* Cardinalibus attribuitur ab Urbano VIII. A. C. *1630*. Priùs vocati sunt Illustrissimi & Reverendissimi.

3. Festum & Officium S. Angeli Custodis instituitur hoc sæculô.

4. Congregatio Benedictino-Bavarica sub Titulo SS. Angelorum Custod. *proprio motu* erigitur, atque Exemptione donatur ab Innocentio XI. A. C. *1684*.

5. Restitutio bonorum Ecclesiasticorum, datis literis, jubetur ac promulgatur à Ferdinando II. Imperatore A. C. *1629*.

6. Supremum S. Inquisitionis tribunal instituitur Romæ A. C. *1642*.

7. Decem Monasteria in Palatinatu superiori, quorum fructus Maximilianus I. Bavariæ Dux annuente Urbano VIII. in annos 15. colligere poterat, ut sumptus in bellum Bohemicum expensos resarciret, Ecclesiæ restituuntur.

18. Sæculo.

1. Mos salutandi his verbis: *Laudetur JESUS Christus*, per universam Ecclesiam inducitur.

2. *Constitutio Unigenitus*, vulgatur à Clemente XI. A. C. 1713. Quam Rex Ludovicus XV. ab omnibus & singulis in Gallia recipi jussit A. 1730.

3. Congregatio sub titulo de *Nonnullis* Romæ instituitur A. C. 1731.

§. 4

Initia Regnorum & Electoratuum in Europa.

* * *

Romanum Imperium.

1. PRimus *Rex Romanorum* fuit *Romulus*, à quo *Roma* condita est annô ante Chr. 1052. Hoc Regnum duravit annîs 542.

2. Exactis Regibus cæptum est gubernari per *Consules*. Primi Consules fuêre *L. Junius Brutus* & *L. Tarquinius Collatinus*.

3. Primus *Romanorum Imperator* fuit *Julius Cæsar*, annô ante Christ. 47. à quo Cæsarum appellatio.

4. Pri-

4. Primus Imperatorum *Christianus* erat Constantinus I. baptizatus Romæ à S. Sylvestro Pontif. an. 315.

5. Romanum Imperium primò divisum est in *Occidentale* & *Orientale* à Theodosio Magno an. 395. cujus filius *Honorius*, primus fuit *Imperator* in *Occidente*. Ad hanc divisionem ansam dedit Constantinus Magnus, eò quòd *Constantinopolin*, Romam hanc novam, condiderit an. 325.

5. Primus in Occidente *Romano-Germanicus* Imperator fuit *Carolus Magnus*, à Leone III. Pontif., an. 800. ipso Salvatoris Natali die Romæ coronatus.

7. Primus ex *Domo Austriaca* Imperator fuit *Rudolphus I. Habspurgicus*, communi calculo electus an. 1273. Per mortem Caroli VI. Imp. Domus *Habspurgica* extincta est anno 1740.

*

Turcicum Imperium.

1. Primus *Turcarum* Imperator erat *Ottomannus I.* natione Tartarus, vel ex Græcorum Imperatorum stemmate oriundus. Hic enim, cùm Principes Christiani pergerent inter se dissidere, séque mutuò armis lacessere, multas Provincias in Asia in suas partes pertraxit, sicque Turcicam Monarchiam firmavit, an. 1302. atque *Brussam* Bythiniæ dixit Sedem Imperatoriam, quam Machometani *Portam* appellare solent. Unde hodie dicimus: die Ottomannische Porten.

2. Pri-

2. Primus *Turcicus* in *Europa* Imperator fuit *Mahometes II.* Hic namque *Constantinopolin*, & cum ea totum *Orientis* Imperium subegit an. 1453. Sub hoc Imperatore didicerunt primùm Turcæ certare sclopetis, postquam iis Christiani arcanum pulveris pyrii vim prodidêre.

★

Moscoviticum Imperium.

1. *Moscoviæ* nomen originem trahit ab urbe *Moscua*, ad quam princeps Sedes translata est an. 1300. *Russiæ* verò nomen à *Russo*, Duce ejus primo, qui amplissimum Ducatum suum divisit in Russiam Albam, Rubram, & Nigram an. 550.

2. *Gregorius* Dux omnium primus succubuit Tartaris. At *Joannes Basilides* primus fuit, qui tandem an. 1477. Tartarorum jugo, quibus vectigalis erat, se liberavit.

3. *Basilius*, filius Basilidis, primus sibi nomen sumpsit *Czaar*, quod idem sonat ac Rex. Denique *Petrus Alexius* an. 1721. Imperatoris nomen sibi adscivit.

4. Imperium Moscoviticum hodie est amplissimum; in *latitudine* numerat milliaria germanica circiter 380. in *longitudine* verò longè plura.

5. Tempore pacis numerat hoc Imperium ultra 100. tempore verò belli 300. millia militum

* Hispa-

Hispaniæ Regnum.

1. Primus *Hispaniæ* Rex fuit *Thubal*, filius Iapheti annô post diluvium 143. Dein rexerunt *Celtæ* (Germani) tum *Romani*, demùm *Gothi*, vel rectius *Visigothi*, ex quibus primus Rex erat dictus *Athanaricus* an. Christ. 369.

2. Primus titulum *Catholici* Regis adeptus est *Reccaredus* à Concilio Toletano an. 590. eò quòd Arianos ex Hispania exturbârit.

3. Ultimus *Gothorum* Rex erat *Rodericus*. Cùm enim hic Rex Juliani Comitis filiam imprægnâsset, Julianus infamiæ hujus impatiens, & vindictæ cupidus, *Ulit*, in Africa Regem in auxilium evocans Rodericum Regem bellô aggressus est, ac etiam profligavit. Mauri seu Saraceni hac usi occasione, Urbes præcipuas Hispaniæ pro se occupârunt, imperiique sui in Hispania fundamenta jecerunt an. 713. ibique regnârunt per annos 77.

4. *Ferdinandus Catholicus*, Castellæ Rex, Granata *Maurorum* sede vi subactâ illos universos totâ Hispaniâ exegit an. 1492. paulóque póst introducta *Inquisitione*, Judæos ingenti numero exulare jussit.

5. Hispania ab aliquot seculis patitur *hominum penuriam*, eò quòd an. 1492. à Ferdinando 800. millia partim Judæorum, partim Maurorum totâ â Hispaniâ fuerint exacta; & denuo 900. millia â Philippo III. an. 1610. non annumeratis iis, qui annis intermediis suis sedibus fuerunt pulsi.

6. Communes, iique annui Hispaniæ *Proventus* sunt 100. milliones; non annumeratis iis diviciis, quæ ex tribus Orbis partibus quotannis advehuntur.

7. In sola Hispania numerantur Archi-Episcopi 8. Episcopi 65. Abbatiæ Monasteria 12000. Parochiæ 25000.

*

Lusitaniæ Regnum.

1. *Lusitania*, seu *Portugallia* idem est ac *Portus Galliæ*; nam, cùm ad Lusitaniæ portus Galli creberrimè suas naves appulissent, natum est dehinc nomen *Portugalliæ*. Pertinebat olim ad Hispaniam.

2. *Alphonsus* primus regios Lusitaniæ honores sumpsit, Hispanico se juri subtrahens an. 1112.

3. *Philippus II.* Hispaniæ Rex Lusitaniam ditioni suæ denuo adjecit an. 1580. postquam Sebastianus Lusitaniæ Rex à Barbaris in Africa cæsus fuit.

4. Mox iterum sub Philippo IV. Hispaniæ Rege *Lusitani* suummet sibi Regem creârunt *Joannem Bragantinum* Ducem an. 1640. Cujus posteri hodiedum sceptrum.

5. Annui Portugalliæ *Proventus* sunt 60. milliones florenorum, non annumeratis proventibus ex Asia, Africa & America.

*

Galliæ Regnum.

1. Primus Rex *Galliæ* fuit *Pharamundus*, Marcomiri Comitis filius; cùm enim in Gallia

regna-

regnarent *Romani*, eorum autem potentia indies diminueretur. *Franci* (hi fuêre *germani*) superatô Rhenô Galliam occupârunt, Ducemque expeditionis *Pharamundum* regio honore mactârunt an. 418.

2. Primus Regum *Christianus* erat *Clodovæus II.* Rhemis à S. Remigio Ep. baptizatus an. 496.

3. *Pipinus*, Caroli Magni Pater, primus fuit, qui meritis & in Sedem Apostolicam pietate nomen *Christianissimi* adeptus est, & in posteros derivavit. Obiit an. 768.

4. Primus ex stemmate *Borbonico* Rex erat *Henricus IV.* Qui, cúm inter plausus & magnificentiam coronandæ Reginæ rhedâ vectus, urbem Regiam obambularet, à perditissio sicario *Francisco Ravalliaco*, rhedâ conscensâ, fasciculum litterarum porrigente, ictu cultri gemino, sinistro lateri ad regionem cordis impacto, peremtus est an. 1610.

5. Annui Regis *Proventus* sunt 200. milliones florenorum.

6. In *Gallia* numerantur Archiepiscopi 18. Episcopi circiter 108. Parochi 26000. Abbates 1270. Priores 12450. Melitensium Equitum Commendaturæ 260. Conventus diversorum Religiosorum 14950. Abbatissæ 160. Ordines Equitum 12.

*

Angliæ Regnum.

1. In Anglia primùm regnârunt Japheti *filii* annô post diluvium 143. postea *Britanni*,

à Rege quodam, qui *Brito* vocabatur, sic dicti; postquam autem hanc insulam 60. ante Christum natum annis occupavit Julius Cæsar, rexerunt ibi *Romani*: deinde *Saxones*, denique *Dani*.

2. *Britannia magna*, postquam in unum Regnum coaluit, primus Rex fuit *Egbertus*, an. 801.

3. Primus Regum Christianam fidem amplexus est *Lucius* an. 185.

4. Primus ab obedientia, & unione Ecclesiæ defecit *Henricus VIII.* atque suo ac Senatûs (*Parlamentum* vocant) nomine decrevit, seipsum Anglicæ Ecclesiæ supremum caput, & Pontificem esse an. 1535. Ecclesiarum ac Monasteriorum bona fisco addixit: Monachos, sacrasque DEO Virgines ad sæculum & sacrilegas nuptias redire jussit. Cæterùm Catholicum dogma palàm non immutavit, nec abjuravit, nec vel Lutheri vel Calvini hæresin ratam habuit. Antè quàm animam ageret, catholico ritu S. Synaxin, à se priùs flexo poplite adoratam, suscepit, atque Aulicorum coronam ultimùm circumspiciens cum dicto: *Amici omnia perdidimus!* ancipiti fato decessit an. 1547.

5. *Religio* in Anglia olim erat sanctissima; modò nulla esse potest, cùm cuivis integrum sit de sacris pro libitu sentiendi arbitrium.

6. Primus ex Domo *Brunsvicensi Luneburgica* Rex Angliæ fuit salutatus *Georgius Ludovicus*, Elector Hanoveranus an. 1714.

7. *Pro.*

7. *Proventus annui*, iique nomine *Regii* ad multos auri milliones non semel tantùm excreverunt, ex quibus tamen Regi (ùt P. Kolb dicit) non nisi duo, aut tres milliones conceduntur; cujus reditus sunt annis variis diversi, quàm diversa nimirum est Parlamenti in Regem suum vel propensio, vel aversio.

*

Scotiæ Regnum.

1. Primus Scotorum Rex erat *Fergusius*, dudum jam ante Christum natum.

2. Primus Regum Christianam fidem amplexus est Donaldus I. cum Regina, Liberis ac totâ Nobilitate an. Christ. 203.

3. Hoc Regnum mansit Catholicum per 13. secula, donec *Maria Stuarta*, Scotiæ Regina, imò & Angliæ, si jus spectes, ab Elisabetha Cognata, Anglorum Reginâ, post 20. annorum carcerem ferali in pegmate capite plexa est, an. 1587. Post mortem enim Catholicæ hujus Reginæ, Scotia à fide Catholica cœpit deficere.

Hiberniæ Regnum.

1. *Hiberniæ* Regis titulum sibi primus usurpavit. *Slanius* annô ante Christum 1566. primis verô post Christum natum seculis hoc Regnum quinque Reguli possidebant, quorum potentior vocabatur Rex Hiberniæ.

2. *Henricus II.* Anglorum Rex circa annum 1171. totâ Hiberniâ armis potitus est,

captô & in Angliam translato Hibernorum Rege Wilhelmo, & ex eo tempore constanter Reges Anglorum totam Hiberniam, tanquam *Comitatum* tenebant. Tandem Henricus VIII. Angliæ Rex orto schismate, *Regis Hiberniæ* sibi nomen sumpsit in odium Pontificis.

Daniæ Regnum.

1. *Daniam*, à Duce *Dan* sic dictam, incolebant olim *Cimbri* & *Cothi*, quorum primi Reges ignoti sunt.

2. Ex notioribus Daniæ Regibus primus fuit *Ericus* an. 847. Qui ab Anschario Benedictino, Archiepiscopo Hamburgensi, dogmate Orthodoxo imbutus, & baptizatus est.

3. Antè Reges suffragiis petebantur. Verùm an. 1523. electus est *Fridericus I.* Dux Holsato-Schlesvicensis, eidemque jus perpetuæ successionis concessum à regni proceribus.

4. Primus *Lutheri* hæresin induxit idem *Fridericus I.* an. 1524.

Sueciæ Regnum.

1. *Suecorum* Regnum vel omnium primum, vel certè inter prima Europæ Regna est collocandum.

2. *Sueciæ* primus Rex fuit *Sichtragus*; quo tempore, nescitur. Ejus tamen quartus Rex *Hasmundus* nomine, regnavit anno Mundi 2960.

3. Primus Regum Christianam fidem amplexus est *Olaus I.* ab Anschario sacri Baptismatis aquâ ablutus. Olaus abiit an. 900.

4. Re-

4. Reges olim eligebantur. Sed *Gustavo I.* coronæ hæreditas concessa est in omnes posteros an. 1544.

5. Primus hæresin *Lutheranam* introduxit idem *Gustavus I.* an. 1544. Et hæc ibi dominatur.

6. Primus Germaniam bellô aggressus est *Gustaphus Adolphus*, ab Hæreticis germanicis contra Cæsarem evocatus an. 1630. Quibus malis Germaniam hic Rex affecerit, nemo nescit. In pugna tamen ad *Lutzenum* contra Cæsarianos, trajectu glandis periit an. 1632. ætatis 37. relinquens filiam, nomine *Christinam*, quæ abdicatô sponte suâ regno, in successorem sibi delegit patruum suum *Carolum Gustavum* Bipontinum (Pfaltzgraf zu Zweybrück) recentis sibi in annos singulos 200. millibus Philippeorum. Dein Oenipontum (Insbruck) petiit, ibique publicè Catholicam fidem professa est an. 1654. obiit. Romæ an. 1689.

7. Bellum hoc *Suecicum* duravit 30. annos, si nimirum à turbis Bohemicis, quæ cæperunt an. 1618. numeratur usque ad pacem Westphalicam an. 1648.

*

Poloniæ Regnum.

1. Primus Polonorum Dux fuit *Lechus*: tres enim fuêre fratres. *Lechus* nimirum, *Zechus* & *Russus*, qui ex Croatia profugi, tres Provincias abundè magnas inter sese ita di-

viserunt, ut Lecho *Colonia*, Zecho *Bohemia*, & Russo *Russia* obtigerit circa annum Christi 550.

2. Primus Ducum Christianam fidem amplexus est *Micislaus I.* qui obiit an. 999. Hujus exemplum mox secuti sunt universi Poloni; Christi vexillis sese subjecerunt, & Sacramentum Rom. Pontifici dixerunt, in cujus rei testimonium inter Sacra constituti Poloni *evaginatis gladiis* stare decreverunt, quoties deinceps sacra Evangelii verba legerentur.

3. Primus Polonorum Rex fuit *Boleslaus I.* Micislai filius. Poloni à Carolo Magno *tributarii* facti sunt an. 810. Verùm Otto III. Imp. Poloniam profectus, ibique à Boleslao tributum remisit, sed & Coronam Regiam manu Imperatoriâ imposuit an. 1001. Nunc sui juris facti Poloni sibimet Reges eligunt.

4. Primus ex Domo *Saxonica* à majori Polonorum Parte in Regem electus est *Fridericus Augustus*, Saxoniæ Elector an. 1697. Nuperis Suecorum motibus turbati Poloni, spreto Augusto Rege, alium elegerunt *Stanislaum*, Comitem de *Lesczinski*, an. 1704. Verùm Suecis pulsis, revocatus est Augustus an. 1709.

5. Polonia *Respublica* libera est, cujus Rex sine Senatûs, aut Comitiorum arbitrio nihil habet, quod imperet. Legati (Land-Bothen) qui

qui à singulis provinciis ad Comitia mittuntur, tantam habent autoritatem, ut si vel unus refragetur, totis Comitiis nihil actum sit.

9. Polonorum *Religio*, Catholica est, tot tamen motibus, in Borussia præcipuè, nidulati sunt etiam Lutherani, qui *Dissidentes* ibi vocantur.

*

Hungariæ Regnum.

1. Hungaria suum nomen trahit ab *Hunnis*, qui circa mare Nigrum quondam fixerunt sedem; inde verò in Pannoniam, seu Hungariam ex eo tempore etiam appellatam, cum Romanis variâ fortunâ decertârunt; victis tandem Romanis, hoc regnum occupârunt.

2. Primus Hunnorum Rex erat *Attila*, electus an. 400. qui *flagellum Dei* se dici passus est. Hic in Romanam ditionem varias fecit irruptiones in Græciam, deinde in Germaniam, postea in Galliam, demùm in Italiam. Romæ dum immineret, obviam ipsi venit S. Leo Pontifex, qui non tam facundiâ quàm divino nutu tyrannum hunc ab Urbis excidio submovit. An. 452. Tandem in Hungariam reversus, in urbe Sicambria apoplexiâ tactus interiit an. 454. ætatis suæ, ut nonnullis placet 124.

3. Sub Ottone Magno *Hunni* cum Ludolpho Ottonis filio seditioso conjunctis copiis per Bavariam penetrârunt in Sueviam, ubi in campis Lyci (Lechfeld) prope Augustam Vinde-

licorum Otto Imp. comite S. Udalrico Augustano Episcopo, qui oblata sibi de cælo cruce Christianum exercitium animavit, Hunnos penitùs prostravit tribus eorum Regulis ex arbore suspensis, an. 955.

4. Primus Hungariæ Rex *Christianus* erat *Stephanus I.* Sanctus coronatus an. 1001. Antè autem simul cum *Geysa*, Hunnorum Duce & patre suo baptizatus an. 989.

5, Sceptrum Hungaricum olim eligentium suffragiis est concessum Regibus; hodie verò Austriacæ familiæ ob Augusta in Hungariam merita hæreditarium est factum an. 1687.

*

Bohemiæ Regnum.

1. Primus Bohemorum Dux fuit *Zechus*, frater Lechi, ex Croatia ortus, circa annum Christi 550.

2. Primus Bohemiæ Rex fuit *Wenceslaus I.* Sanctus, quem Otto Magnus Imp. constituit, eique dono dedit *Moraviam* an. 936. Sed cum *Boleslaus* Wenceslao fratri id honoris invidens eum impiâ nece sustulisset, regiâ purpurâ iterum exuta est Bohemia an. 937. Eam tamen Uladislao II. restituit Fridericus Barbarossa Imp. an 1140.

3. Bohemiam Austriæ junxit Ferdinandus I. Imp. electus à Bohemis Rex anno 1526. Regnum hoc adeptus est tam electione Procerum, quàm nuptiis *Annæ* filiæ Ladislai Bohemiæ & Hungariæ Regis. Eo ex tempore

Bo-

Bohemiæ Sceptrum nunquam ab Austria avulsum est; nam perpaucos unius hyemis menses, quibus Fridericus Palatinus à Bohemis in Regem electus, & an. 1620. in *monte albo* prope Pragam cæsus est, haud attendendos esse putamus.

*

Electoratus Moguntinus.

1. Primus S. R. I. Elector erat *Wiligisus*, natus patre Carpentario, à quo primùm *Rotæ* insignia, quibus ipse adjunxit: *Willis recole, quis es, & unde venis:* Willis, deiner Ankunfft nicht vergiß. Obiit an. 1001.

2. Elector & Archiepiscopus Moguntinus omnium Electorum primus & summus est.

3. Archi-Cancellarius est Imperii per Germaniam. Et quidquid in Comitiis tractandum legendùmque est, priùs ipsi exhibetur.

4. Electores ad Electionem Imperatoris convocat, eùmque coronâ redimit, si in sua provincia, seu Diæcesi existit; aliàs cum Coloniensi alternat.

5. Annui *Proventus* Electoris Moguntini sunt duo circiter florenòrum milliones.

*

Electoratus Trevirensis.

1. Primus S. R. I. Elector fuit *Ludolphus* è Ducibus Saxonum an. 998.

2. Elector & Archiepiscopus Trevirensis est inter Electores secundus.

3. Est

3. Est Archi-Cancellarius per Galliam, & Regnum Arelatense, seu Burgundicum. Sed cùm nullæ sint expeditiones, nullum etiam habet Archivum.

4. Annui *Proventus* hujus Electoris sunt minimùm aliquot centena florenorum millia.

✱

Electoratus Coloniensis.

1. Primus S. R. I. Elector fuit. *S. Heribertus*, Comes à Rotenburg an. 998.

2. Elector & Archiepiscopus Coloniensis est inter Electores tertius.

3. Est Archi-Cancellarius per Italiam & Regnum Longobardicum.

4. Cæsarem coronat, si id fiat Aquisgrani.

5. Annui *Proventus* hujus Electoris sunt minimùm tres florenorum milliones.

✱

Electoratus Bohemicus.

1. Primus, Bohemiæ Rex *Wratislaus*, ab Henrico IV. Imperatore, primus *Elector* creatus an. 1086.

2. Elector & Rex Bohemiæ est Electorum quartus, & post Ecclesiasticos primus.

3. *Archipincernæ* munere fungitur in Curia Imperatoris, eidemque poculum offert. Hoc Archipincernæ officium Wenceslao IV. Bohemiæ Regi addidit Rudolphus I. Imp. anno 1286.

✱ Ele-

*

Electoratus Bavaricus.

1. Primus Bavariæ Rex fuit *Aldigerius*, seu *Adelgericus*, anno Christ. 456. in ordine tamen, & serie Ducum Bavariæ ponitur *Theodo I.* ab anno 508. Primus Dux *Christianus* fuit *Theodo III. Agitolfingus*, à S. Ruperto Benedictino Ratisbonæ baptizatus an. 580.

2. Primus reduxit *Electoratum* ad Ducatum Bavariæ, à qua hæc dignitas olim abalienata erat, *Maximilianus I.* an. 1623. Qui hanc electoralem dignitatem, postquam Fridericum Electorem Palatinum, ex-Regem Bohemicum ad Pragam in monte albo an. 1620. ad internecionem delevit, in præmium laboris ac sumtuum à Ferdinando II. Imp. unà cum Ducatu Superioris Palatinatus obtinuit, an. 1623. In quem etiam fidem Catholicam induxit.

3. Bavariæ Elector est inter Electores quintus.

4. Est pariter Imperii *Archidapifer*, & *Vicarius* Imperii per Bavariæ, Sueviæ, Franconiæ, & Rheni Superioris Circulum.

5. Bavariæ Ducatus *quatuor Regiminibus* gubernatur è quatuor præcipuis Urbibus; *Monachio* Electorum Regia, *Landishuto*, *Straubinga* & *Burghusio*. Regimen *Ambergense* Superiori Palatinatu.

6. *Fluvii* in Bavaria nobiliores sunt quatuor: scilicet *Danubius* (Donau) *Lycus* (der Lech) *Isara* (die Iser) *Oenus* (der Inn) missis aliis.

7. Nu-

7. Numerantur in sola Bavaria *Urbes* 32. *Oppida* ferè omnia mænibus cincta 4. *Monasteria* 75. *Arces* Nobilium 229. *Pagi* 4700.

8. In Palatinatu Superiori Urbes Electori Bavaro subjectæ sunt: *Amberga* metropolis. *Neoforum*, *Pfreimda*, *Naburgum*, *Cambium*, *Neoburgum* ad Sylvam.

9. Annui Proventus ex Bavaria, sunt septem circiter florenorum milliones. Ex Superiori verò *Palatinatu* vix 800. florenorum millia.

*

Electoratus Saxonicus.

1. Primus Saxonum Dux, & ultimus Rex fuit *Witekindus*, qui à Carolo M. post triginta annorum prælia penitùs devictus, fidem Christianam amplexus est an. 785.

2. Primus Saxoniæ Elector erat *Bernardus*, Comes Ascanius, Alberti Ursi Brandenburgici filius, creatus à Friderico Barbarossa an. 1181.

3. Primus ad Lutherum defecit *Fridericus*, qui obiit an. 1525. Ad gremium veræ Ecclesiæ iterum rediit *Fridericus* Augustus I. Polonorum Rex an. 1696. fidem Catholicam etiam amplexus est Primogenitus *Fridericus Augustus II.* an. 1712.

4. Saxoniæ Elector est inter Electores sextus.

5. Est pariter Imperii *Archimareschallus* & *Ensifer* Imperatoris.

6. Est interregni tempore, Imperii *Vicarius* illis in locis, ubi viget *Jus saxonicum*, scilicet

licet in Ducatu Saxoniæ, Marchionatu Brandenburgico, Dùcatu Brunſvicenſi, Mechlenburgico, Pomeraniæ & Bremenſi.

7. Eſt etiam ſummus poſt Cæſarem *Judex* omnium in toto Imperio Tubicinum & tympanotribarum. Denique rei Venatoriæ Imperialis Præfectus.

*

Electoratus Brandenburgicus.

1. Primus *Marchio* (limitis cuſtodiendi ergò) ab Henrico Aucupe conſtitutus eſt *Sigefridus*, Comes Ringelheimenſis an. 928.

2. Primus Elector fuit *Albertus Urſus* è Principibus Aſcaniis, ſeu Anhaltinis, à Friderico I. Barbaroſſa creatus an. 1152.

3. Primus, miſſô Eccleſiæ nunciô, hæreſin Lutheri amplexus eſt *Joachimus II.* an. 1538.

4. Primus Rex *Boruſſiæ* fuit *Fridericus III.* Elector Brandenburgicus, qui ibi, multis licèt Europæ Principibus ægrè ferentibus, indulgente tamen Cæſare Leopoldo, regium diadema ſibi impoſuit an. 1701.

5. Elector Brandenburgicus eſt inter Electores ſeptimus, & Imperii Archi-Camerarius.

6. Electori Brandenburgico, & nunc Boruſſiæ Regi tam amplæ ſubeſſe cernuntur Provinciæ, ut ferè ſeptimam univerſæ Germaniæ partem videatur poſſidere. Unde mirum non eſt, ſi ex iis in ſingulos annos ferè triginta florenorum milliones colligere poſſit.

*

Electoratus Palatinus.

1. Vocabulum *Palatinus* jam vetustissimis Romanis notum, à *Palatiis* Regum suam originem ducit: Palatini enim vocati sunt Ministri in Palatiis; Unde *Comites Palatini* olim ferè idem erant, quod nunc supremi Aulæ Præfecti.

2. Primus Elector è *Palatinis Rheni* factus est *Sigefridus* an. 1001.

3. Palatinatum Superiorem primùm obtinuit *Rudolphus II.* qui obiit an. 1353.

4. Religio tam in inferiori quàm superiori Palatinatu tempore Lutheri ferè quotannis fuit immutata. Qualem susceperunt Principes fidem, ad talem suscipiendam coacti sunt & Subditi; unde hi erant hoc anno Lutherani, alterô Calviniani.

5. Primus in Ducatum *Neoburgicum*, partim Luthero, partim Calvino addictum, fidem Catholicam introduxit *Wolfgangus Wilhelmus*, Dux Neoburgicus, qui eandem fidem jam an. 1614. amplexus est.

P. Familia *Neoburgica* nuper extincta est in *Carolo Philippo*, Electore Palatino an. 1743. cui in Electoratu successit *Solisbacensis*, itidem *Carolus Philippus*. Deinde superest *Bipontina*.

7. Est inter Electores octavus, & *Archithesaurarius* Imperii.

* Ele-

Electoratus Brunsuico-Hannoveranus.

1. Primus elector fuit *Ernestus Augustus*, Dux Brunsuico-Hannoveranus, qui à Leopoldo Imp. nominatus est an. 1692. Sed primùm ejus filius *Georgius Ludovicus*, à Josepho Imp. in Collegium Electorale introductus est an. 1708.

2. Est inter Electores nonus, & in Collegio Electorum occupat sedem ultimam.

3. Est in Romano Imperio *Archi-Signifer*. Sed hoc officium suum jam inde ab antiquis vult Dux Wirtenbergicus. Itaque nunc in excogitando novo Archi-Officio pro hoc Electore laboratur.

4. Gaudet iisdem privilegiis communibus, quibus donati sunt Electores reliqui.

5. Annui *Proventus* hujus Electoris sunt 7. aut 8. florenorum milliones.

§. 2.

Initia Episcopatuum in Germania.

* Sedem *Episcopalem* omnium Ecclesiarum totius Christianitatis primam ac principalem, *Romæ* constituit *S. Petrus* Apostolus an. 43. Hic primò quidem *Antiochiæ* in Syria sedem fixit, eò quòd id exigerent negotia Ecclesiæ Asiaticæ, seu Orientalis: pòst verò, ubi *Romæ* fidei Christianæ amplior locus datus est, ibidem summi Pontificatûs fundamenta jecit.

* Ditiones Romani Pontificis sunt: 1. Ducatus Ferrariensis. 2. Ducatus Urbinas. 3. Ducatus Spoletanus. 4. Territorium Bononiense. 5. Romandiola. 6. Marchia Anconitana. 7. Patrimonium S. Petri. 8. Ager Sabinensis. 9. Campania Romana. 10. Ducatus Castrensis.

* Annui *Proventus*, quos Pontifex ex suis Provinciis colligit, sunt *10.* milliones florenorum.

1. Episcopatus Moguntinus.

1. Episcopatui huic initium fecit *S. Crescens* S. Pauli Discipulus, à S. Petro more Discipulorum aliorum Romà dimissus ad docendum gentes Evangelium.

2. Primus Archi-Episcopus fuit *S. Bonifacius* Benedictinus ex Anglia, Ven. Bedæ Discipulus an. 745. qui & successu temporis tres erexit Episcopatus: Herbipolensem, Eustadianam & Erfurtensem.

3. Hujus Archi-Episcopi sunt *Suffraganei*: *1.* Episcopus Herbipolensis. 2. Wormatiensis. 3. Eustadianus. 4. Spirensis. 5. Argentoratensis. 6. Constantiensis. 7. Augustanus. 8. Hildesheimiensis. 9. Paderbornensis. *10.* Curiensis. Quondam etiam Halberstadiensis, nec non Verdensis ab Acatholicis suo Archi-Episcopo priori sæculo erepti.

4. *Canonici* in Cathedrali Moguntiæ Ecclesia sunt numerò 24. quorum nobilis prosapia minimum per 16. legitimas generationes demonstranda est.

2. *Episcopatus Trevirensis.*

1. Hujus Episcopatus fundamenta jecit *S. Eucharius*, à S. Petro missus an. circiter 66.

2. Primus Archi-Episcopus fuit *S. Agritius* quem *S. Helena* Constantini Magni Mater, Antiochiâ Romam; & inde Treviros deductum creari curavit Archi Episcopum hujus loci primum; datis à S. Sylvestro Pont. amplissimæ potestatis testibus literis. Obiit Agritius an. 335.

3. *Suffraganei* Trevirensis Archi-Episcopi olim plures, hodie tres duntaxat numerantur: 1. Metensis. 2. Tullensis. 3. Verdunensis.

4. *Canonici* sunt numerô 16. ut vocant, Capitulares, quibus accedunt 24. Domicelli, aut Domicellarii, omnes ex vetusta nobilitate selecti.

3. *Episcopatus Coloniensis*

1. Primus Episcopus fuit S. *Maternus* à S. Petro missus an. circiter 86.

2. Primus Archi-Episcopus fuit *S. Agilolphus*, à S. Bonifacio Benedictino Pontificis nomine creatus an. 750.

3. *Suffraganei* Coloniensis Archi-Episcopi sunt: 1. Leodiensis. 2. Monasteriensis. 3. Osnabrugensis.

4. *Canonici* sunt 50. nimirum Capitulares 25. Presbyteri 8. Domicelli 17. omnes ex illustrissima aut perillustri familia nati.

R r 2 4. *Episco-*

4. *Episcopatus Ratisbonensis*

1. Historici passim fatentur, Ratisbonæ proximis Christo patienti sæculis sedisse Episcopos; constat enim, quòd S. Marcus S. Pauli Discipulus, aut veriùs S. Josephus & Cyrillus Ratisbonam Episcopi venerint. Verùm non hi, neque alii, uti S. Paulinus, S. Lupus, S. Rupertus, S. Emmeramus fuerunt Episcopi *Ordinarii*, sed tantum *Regionarii*.

2. Primus *Ordinarius* Episcopus fuit *S. Garibaldus*, Benedictinus S. Bonifacii Germaniæ Apostoli Discipulus, qui in Monasterio S. Emmerami residebat. Obiit an. 652. Quem virtutibus & miraculis æmulati sunt successu temporis *S. Wolfgangus*, & B. *Albertus* Magnus &c. Unde vix est in Germania Episcopatus, qui plures numeret Episcopos *Sanctos*, quàm Episcopatus Ratisbonensis.

3. A fide Catholica, prô dolor! ad Lutherum deficere cœperunt Cives Ratisbonenses circa an. 1536. sed quia nemo Ratisbonæ erat, qui fortiter satis adversus seditiosos Cives pugnaret, evenit, ut contemptis, vel omninò pulsis Sacerdotibus Catholicis, ambabus manibus amplexi sint Lutheri hæresin. Primus eorum Parochus erat *Nicolaus Gallus*, Lutheri Discipulus, à Wittenberga vocatus, qui 14. Octobr. an. 1543. actus Parochiales (auf gut Lutherisch) exercere cœpit.

4. Annui *Proventus* hujus Episcopi sunt circiter 30. millia florenorum.

5. Ca-

5. *Canonici* in Cathedrali Ecclesia numerantur 12. & totidem Domicelli.

6. Hic Episcopatus Romanæ jurisdictioni reservatus est.

5. *Episcopatus Frisingensis.*

1. Primus Episcopus fuit *S. Corbinianus* Benedictinus ex Gallia, à S. Gregorio II. Pont. in Germaniam missus. Hic Episcopatus ab ipso est fundatus an. 724. ex bonis & latifundiis Ducis Bojariæ, tam in ipsa Bavaria, quàm in moderna Tyroli donatis.

2. Hunc Episcopatum variis privilegiis auxit S. Bonifacius, Moguntinus Archi-Episcopus & Germanorum Apostolus.

3. *Canonici* in hac Cathedrali Ecclesia numerantur 24.

4. Annui *Proventus* hujus Episcopi sunt centum circiter florenorum millia.

6. *Episcopatus Salisburgensis.*

1. Primus Episcopus fuit *S. Rupertus*, Benedictinus ex Gallia, qui hunc Episcopatum an. 582. postquam an. 580. Bavariam ad Christum convertit, fundavit ex bonis, quæ à Theodone Bavariæ Duce dono accepit. Obiit hic Bojorum Apostolus an. 623.

2. Primus Archi-Episcopus Salisburgensis fuit *Arno*, antè Abbas S. Petri Ord. S. Benedicti, cui hanc Archi-Episcopi dignitatem concessit Leo III. Pontif. an. 798. Unde lis ferè perpetua inter Archi-Episcopus Salisburgenses, & Episcopos Passavienses orta, vix nostris his sæculis est finita; cùm & hi & illi digni-

tatem Archi-Episcopi sibi à Pontificibus concessam assererent.

3. Hic Archi-Episcopus est *Legatus Pontificius Natus*, passimque vocatur *Primas Germaniæ*.

4. In Comitiis Imperii primus est in Ordine Principum Ecclesiasticorum, & Directorium habet in Collegio Principum alternatim cum Austria.

5. *Suffraganeos* Episcopos numerat sequentes: 1. Frisingensem, 2. Brixinensem, 3. Tridentinum (quondam Viennensem). 4. Chiemseensem. 5. Gurcensem, 6. Seckkoviensem, 7. Lavantinum.

6. Episcopos *Chiemseenses, Seckkovienses*, & *Lavantinos* ipse suo jure nominat, instituit, confirmat. *Gurcenses* verò semper binos Dux Carinthiæ, tertium nominat Archi-Episcopus.

7. *Canonici* numerantur 24. ex perillustri sanguine universi.

8. Annui *Proventus* hujus Archi-Episcopi sunt duo florenorum milliones.

7. *Episcopatus Passaviensis.*

1. Primus Episcopus fertur fuisse *Erchenfridus*, qui obiit an. 713. cùm enim Archi-Episcopi è Laureaco (urbs olim erat in superiori Austria) ab Hunnis fuerint deturbati, Theodo II. Dux Bavariæ superatis his hostibus, *Erchēfrido* Passavium magna ex parte destructum ad erigendum alterum Episcopatum

dona-

donavit. Adeoque olim hic erant Archi-Episcopi. Ab *Arnone* autem Salisburgensi Episcopo Romæ impetrata dignitate Archi-Episcopali, Archi-Episcopatus Passaviensis exspirâsse fertur.

2. Multi posthac Passavienses Episcopi, nomen Archi-Episcopi sibi vindicatum iverunt; at nihil Romæ effecêre, nisi quòd Innocentius XII. Episcopum Passaviensem ab Archi-Episcopali Salisburgensi potestate exemptum declarârit.

3. *Canonici* in Ecclesia Passaviensi numerantur 24. Nobilium prosapiâ insignes ferè omnes.

4. Ob *Proventuum* copiam Episcopatum hunc numerat *Pokius* inter ditiores Principatus.

8. *Episcopatus Eichstettensis.*

1. Hunc Episcopatum instituit an. 747. S. Bonifacius Moguntinus Archi-Episcopus cui præesse jussit *S. Willebaldum*, Benedictinum ex Anglia. Fundum huic Episcopatui amplissimum dedit *Svviggerus* Comes *Hirsbergensis*, bonorum suorum hæredem scribens Ecclesiam Eichstettensem.

2. Annui *Proventus* hujus Episcopi sunt ducenta circiter florenorum millia.

9. *Episcopatus Herbipolensis.*

1. Hunc Episcopatum erexit *S. Bonifacius*, Moguntinus Arch-Episcopus an. 747. Cui præesse jussit *S. Burchardum*, Benedictinum ex Anglia.

2. Hic Episcopatus est simul Ducatus, de quo dicitur:

Herbipolis sola, judicat ense, stolâ.
Würtzburg drum den Degen führt,
Wei's auch zugleich das Land regiert.

3. Annui *Proventus* hujus Episcopi & Ducis, sunt duo circiter milliones.

10. *Episcopatus Bambergensis.*

1. Hunc Episcopatum regiis sumptibus erexit, & eidem de amplissimis reditibus prospexit S. *Henricus* Bavariæ Dux, & Imperator. Quam fundationem Benedictus VIII, Pontifex non tantùm an. 1019. approbavit, sed & Episcopis hoc privilegium concessit, ut nimirum iidem non minùs, quàm Archi-Episcopi palliô Romanô ornarentur, & ordine omnibus in Germania Episcopis præcellerent.

2. Primus Episcopus fuit *Eberhardus*, Benedictinus, S. Henrici Imp. Cancellarius.

11. *Episcopatus Viennensis.*

1. Hic Episcopatus primùm erectus est à Friderico III. Imp. an. 1468.

2. Ad *Archi-Episcopatum* promotus est an. 1722.

12. *Episcopatus Constantiensis.*

1. Huic Episcopatui initium fecit S. *Beatus*, S. Petri Apostoli Discipulus.

2. Constantiensis Episcopus est *Director* Circuli Suevici cum Duce Wirtenbergico.

3. Annui *Proventus* hujus Episcopi sunt 40. aut 30. millia florenorum.

13. *Episcopatus Augustanus.*

1. Hic Episcopatus à quo fundatus, incertum est. Primus ejus Episcopus fuisse fertur *Sozimus* circa annum 608.

2. Hujus Episcopi ordinaria Sedes est Dillingæ.

3. *Canonici* in Ecclesia Cathedrali sunt 40. si seniores simul & juniores in unum conjungantur numerum.

4. Annui *Proventus* hujus Episcopi sunt centum circiter florenorum millia.

14. *Episcopatus Hildesheimensis.*

1. Hic Episcopatus fundatus est à *Carolo Magno* circa annum 796. Cujus primus Episcopus fuit *Guntharius*, Benedictinus.

2. *Canonici* in Cathedrali Ecclesia sunt 40.

3. Annui *Proventus* hujus Episcopi sunt 500. circiter florenorum millia.

15. *Episcopatus Wormatiensis.*

1. Primus Episcopus fuit *S. Victor*, qui an. 346. Synodo Coloniensi præsens adfuit, & contra Arianos pugnavit.

2. Episcopus est *Director* Circuli Rhenani sup. cum Palatino Simmerensi.

3. In Cathedrali Ecclesia *Canonicos* numerant alii novem, illi tredecim, non annumeratis Junioribus.

4. Annui *Proventus* hujus Episcopi vix sunt 40. millia florenorum.

16. *Episcopatus Spirensis.*

1. Hunc Episcopatum erexit *Jessius* sive *Jasinus*, primus ibi Episcopus, qui an. 348, Spiræ Christi Evangelium prædicavit.

2. *Canonici* in Cathedrali Ecclesia sunt tantum novem, non annumeratis duodecim Junioribus.

3. Annui *Proventus* hujus Episcopi sunt circiter centum florenorum millia.

17. *Episcopatus Basileensis.*

1. Primus Episcopus fuit *S. Justinianus*, sed verius juxta alios Autores *S. Pantalus*, qui hunc Episcopatum primus erexisse fertur an. 138.

2. *Canonici* in Cathedrali Ecclesia numerantur. 17.

3. Annui Episcopales *Reditus* sunt octoginta circiter florenorum millia.

18. *Episcopatus Padebornensis.*

1. Hic Episcopatus fundatus est à Carolo Magno. an. 795.

2. Primus Episcopus erat *S. Hadumarius*, Benedictinus.

3. *Canonici* in Cathedrali Ecclesia sunt 24.

4. Annui *Proventus* hujus Episcopi sunt 300. millia florenorum.

* Episcopatus: *Brandenburgi*, *Missniæ*, *Merseburgæ*, *Neumburgæ*, *Lebusii*, *Caminii*, hi omnes sunt profanati.

Item

Item Episcopatus: *Magdeburgensis*, *Verdensis*, *Bremensis*, *Halberstadianus*, *Suverinensis*, *Slesvicensis* & *Razeburgensis*, profanati sunt, & Lutheranis cesserunt pace Westphalica.

Item Episcopatus: *Metensis* (Metz) *Tullensis* & *Verdunensis* à Gallis direpti sunt an. 1552, sic & Argentoratensis an. 1681.

19. *Episcopatus Leodiensis.*

1. Hic Episcopatus à *S. Materno*, S. Petri Apost. Discipulo institutus est primùm Tongris, circa annum 67. Hunnis dein omnia sæculo V. latè vastantibus, Trajectum translata est sedes Episcopi. Tandem circa annum 709. *S. Hubertus*, Episcopus Leodii sedere cœpit.

2. Episcopi Leodicenses vocantur S. R. J. Principes, Duces, Bullionii, Marchiones Franchemontenses, Comites de Loos & Masban.

3. *Canonici* dicuntur esse 60.

4. Annui *Proventus* hujus Episcopi sunt duo circiter florenorum milliones.

20. *Episcopatus Monasteriensis.*

1. Hic Episcopatus fundatus est à Carolo Magno an. 778. Cujus primus Episcopus fuit *S. Ludgerus*, Benedictinus.

2. *Canonici* in Cathedrali Ecclesia sunt 40.

21. *Episcopatus Osnabrugensis.*

1. Hic Episcopatus circa annum 776. à *Carolo* Magno est fundatus, atque à Rom. Pontifice confirmatus. Cujus primus Episcopatus erat *S. Witho* Benedictinus.

2. Episco-

2. Episcopatui huic alterius vicibus, nunc Catholicus Episcopus præest, nunc Lutheranus, Episcopi vocabulô.

3. *Canonici* numerantur 25. inter quos veniunt tres Luthero devoti.

4. Annui *Proventus* hujus Episcopi *sunt* 200. circiter millia florenorum.

§. 6.

Initia Ordinum Religiosorum.

1. E*remitica vitæ* primus initium fecit *S. Paulus* Thebæus an. 247. qui à decimo sexto ætatis suæ anno usque ad 113. solus in loco separato seu Eremô permansit. Hujus vitæ Eremiticæ propagator fuit S. Antonius Magnus circa an. 310. Et tandem *S. Pachomius*, postquam aliquamdiu fuit Discipulus S. Palemonis Eremitæ, cœpit in superiori Thebaide ædificare Monasteria circa an. 315. ex quibus postea formavit unam Congregationem, cujus velut Generalem egit.

2. Ordo *Basilianorum* institutus est à *S. Basilio*, an. 373. Hic enim primus in Oriente Eremitis ex sylvis ad se convocatis, certas vivendi Regulas præscripsit.

3. *Canonici Regulares*, juxta aliquorum opinionem cœpêre Apostolorum tempore, instaurati dein à S. Augustino an. 388. Ordo *Eremitarum* S. Augustini, ab eodem institutus an. 389. vel juxta alios an. 391. Quo autem tempore summus Pontifex Regulam S. Augustini

gustini approbaverit, ambiguum prorsùs & incertum omninò est; atque adeò approbatio Regulæ S. Benedicti antiquior est approbatione Regulæ S. Augustini. Unde meritò Ordo S. Benedicti prælationis, ac præeminentiæ primatum tenet.

4. Ordo *Benedictinorum* fundatus est à S. Benedicto in monte Cassino an. 520. Regulam à S. Benedicto propria manu conscriptam tres Summi Pontifices approbârunt, nimirum S. Gregorius Magnus, Alexander II. Bonifacius IV. Hanc Regulam postea tam Pachomiani, quàm Basiliani, reliquique Monachi per Orientem & Occidentem ferè omnes amplexi sunt. Unde S. Benedictus meritò *magnus Patriarcha* audit.

* Sub Cuculla Benedictina jam pridem numerati sunt: Pontifices 63. Imperatorum liberi 146. Reginæ 54. Principes & Duces 445. Reges 48. Solus Mons Cassinus duos Reges habuit, alterum Gallorum, Longobardorum alterum. Item Cardinales 240. (hodie plures) Patriarchæ 255. Archiepiscopi 16000. Episcopi 46000. Sancti canonizati 55700. *Beatorum* numerum si scire aves, numera stellas, si potes.

* In hoc antiquissimo Ordine ante Lutheri tempora numerabantur 52. millia Monasterium. In sola Germania hodie adhuc florent 216. Monasteria utriusque Sexûs. Nimirum in Circulo *Austriaco* 28. In Circulo *Rhenano superiori* 8. In Circulo *Suevico* 30. In Circulo

Bavi-

Bavarico 17. In Circulo *Franconico* 11. In Circulo *Westphalico* 16. In Circulo *Saxoniæ inferioris* 10. In Circulo *Bohemico* 12. In Republica Helvetorum 17.

5. Ordo *Camalduensium* fundatus est à *S. Romualdo* Abbate, sub Regula S. Ben. mutata veste nigra in candidam an. 1009.

6. Ordo *Carthusianorum* institutus est à *S. Brunone* SS. Theologiæ Doctore, & Canonico in Civitate Rhemensi, an. 1080. Hi Religiosi *Carthusiani* dicuntur ab asperis Carthusi montibus, ubi primam suam Eremum designârunt.

7. Ordo *Cistercicensium* erectus est in Burgundia à *S. Roberto* Abbate Molismensi Benedictino sub Regula S. Benedicti an. 1098. Hic enim condito novo Cœnobio Cistercii, cum S. Alberico & S. Stephano, aliisque è Molismensi Monasterio in illud migravit, rigidiorémque Regulæ Benedictinæ usum auspicatus est. Quem Ordinem post 20. annos S. Bernardus adeò propagavit, ut sub ipso adhuc vivente jam tria millia Monasteriorum numerarentur; unde non immeritò hi Religiosi hodie *Bernardini* dicuntur.

8. Equestris Ordo *S. Joannis*, seu Hospitalariorum, Jerosolymâ expugnatâ, institutus est an. 1099. Hi Rhodo insulâ deinde an. 1310. occupatâ, dicti sunt *Equites Rhodii*, vulgo Rhodiser-Ritter, inde verò an. 1522. à Turcis pulsi, à Clemente VII. & Carolo V. Imp. & Hispaniæ Rege *Maltam* insulam Accia-

Hel

tici maris obtinuerunt anno 1630. hodièque Equites de Malta, Maltheser-Ritter dicuntur.

9. Equestris Ordo Teutonicus (Teutsch-Herren) Jerosolymis ab Henrico *Walpot* Comite teutonico constitutus est, ad peregrinos, maximè è Germania, tectô recipiendos an. 1190. Unde dicuntur *Equites Teutonici*: & quia nigram in veste crucem gerunt, vocantur *Cruci geri*, vulgò Creutz-Herren.

10. Ordo *Præmonstratensium* (vulgò Norbertiner) fundatus est à *S. Norberto*, qui cum 12. sociis in eremum *Præmonstrati* secessit, ibique an. 1120. hanc vivendi normam sub Regula S. Augustini elegit: pòst factus Episcopus Magdeburgensis, an. 1127.

11. Ordo *SS. Trinitatis* (Trinitarier) institutus est à *S. Joanne de Mattha*, ad redimendos Christianos è Barbarorum captivitate, an. *1198*.

12. Ordo *Minoritarum* institutus est à S. Francisco, qui Assisi in Umbria natus an. *1182*. misso rebus paternis nuncio, duodecim ejusdem animi viros in suam sententiam adduxit, an. *1208*. regulam scripsit, quam approbavit Innocentius III. in Concilio Lateranensi an. *1215*.

* Rigidiorem deinde normam, ligneosque calceos Authore S. Bernardino Senensi amplexi sunt hi, qui hodie *Franciscani* apud nos audiunt, an. *1419*.

* Inter Franciscanos postea, Authore Matthæo *Bascio*, seu Barcio, nati sunt *Capucini*, à Ca

Bavarico 37. In Circulo *Franconico* 11. In Circulo *Weſtphalico* 16. In Circulo *Saxoniæ inferioris* 10. In Circulo *Bohemico* 12. In Republica Helvetorum 17.

5. Ordo *Camalduenſium* fundatus eſt à *S. Romualdo* Abbate, ſub Regula S. Ben. mutata veſte nigra in candidam an. 1009.

6. Ordo *Carthuſianorum* inſtitutus eſt à *S. Brunone* SS. Theologiæ Doctore, & Canonico in Civitate Rhemenſi, an. 1080. Hi Religioſi *Carthuſiani* dicuntur ab aſperis Carthuſi montibus, ubi primam ſuam Eremum deſignârunt.

7. Ordo *Ciſtercienſium* erectus eſt in Burgundia à *S. Roberto* Abbate Molismenſi Benedictino ſub Regula S. Benedicti an. 1098. Hic enim condito novo Cænobio Ciſtercii, cum S. Alberico & S. Stephano, aliiſque è Molismenſi Monaſterio in illud migravit, rigidiorémque Regulæ Benedictinæ uſum auſpicatus eſt. Quem Ordinem poſt 20. annos S. Bernardus adeò propagavit, ut ſub ipſo adhuc vivente jam tria millia Monaſteriorum numerarentur; unde non immeritò hi Religioſi hodie *Bernardini* dicuntur.

8. Equeſtris Ordo *S. Joannis*, ſeu Hoſpitalariorum, Jeroſolymâ expugnatâ, inſtitutus eſt an. 1099. Hi Rhodo inſulâ deinde an. 1310. occupatâ, dicti ſunt *Equites Rhodii*, vulgò Rhodiſcher Ritter, inde verò an. 1522. à Turcis pulſi, à [illegible] te VII. & [illegible] V. Imp. & Hiſpani[illegible] *ltam* in[illegible]

tici maris obtinuerunt anno 1530. hodieque *Equites de Malta*, [illegible]

9. Equestris Ordo Teutonicus [illegible] Herren) Jerosolymis ab Henrico [illegible] mine teutonico constitutus est. [illegible] nos, maximè è Germania, [illegible] an. 1190. Unde dicuntur *Equites* [illegible] & quia nigram in veste crucem [illegible] cantur *Crucigeri*, vulgò [illegible]

10. Ordo *Praemonstratensium* [illegible] bertiner) fundatus est à S. *Norberto* [illegible] 12. sociis in eremum *Praemonstratensem* [illegible] que an. 1120. hanc vivendi [illegible] gula S. Augustini elegit: [illegible] pus Magdeburgensis, an. [illegible]

11. Ordo *SS. Trinitatis* [illegible] tutus est à S. *Joanne de Matha* [illegible] dos Christianos è *Barbarorum* [illegible] an. *1198*.

12. Ordo *Minoritarum* [illegible] S. Francisco, qui Assisii [illegible] *1182*. misso rebus [illegible] ejusdem animi viros in [illegible] duxit, an. *1208*. [illegible] probavit Innocentius [illegible] ranensi an. *1215*.

* Rigidiorem [illegible] calceos Autho[illegible] plexi sunt hi, [illegible] audiunt, an. [illegible]

[illegible] Inter[illegible] [illegible]

Bavarico 17. In Circulo *Franconico* 11. In Circulo *Westphalico* 16. In Circulo *Saxoniæ inferioris* 10. In Circulo *Bohemico* 12. In Republica Helvetorum 17.

5. Ordo *Camalduensium* fundatus est à *S. Romualdo* Abbate, sub Regula S. Ben. mutata veste nigra in candidam an. 1009.

6. Ordo *Carthusianorum* institutus est à *S. Brunone* SS. Theologiæ Doctore, & Canonico in Civitate Rhemensi, an. 1080. Hi Religiosi *Carthusiani* dicuntur ab asperis Carthusi montibus, ubi primam suam Eremum designârunt.

7. Ordo *Cistercìensium* erectus est in Burgundia à *S. Roberto* Abbate Molismensi Benedictino sub Regula S. Benedicti an. 1098. Hic enim condito novo Cænobio Cistercii, cum S. Alberico & S. Stephano, aliisque è Molismensi Monasterio in illud migravit, rigidiorémque Regulæ Benedictinæ usum auspicatus est. Quem Ordinem post 20. annos S. Bernardus adeò propagavit, ut sub ipso adhuc vivente jam tria millia Monasteriorum numerarentur; unde non immeritò hi Religiosi hodie *Bernardini* dicuntur.

8. Equestris Ordo *S. Joannis*, seu Hospitalariorum, Jerosolymâ expugnatâ, institutus est an. 1099. Hi Rhodo insulâ deinde an. 1310. occupatâ, dicti sunt *Equites Rhodii*, vulgò Rhodischer-Ritter, inde verò an. 1522. à Turcis pulsi, à Clemente VII. & Carolo V. Imp. & Hispaniæ Rege *Maltam* insulam Adria-

tici

cici maris obtinuerunt anno 1630. hodiéque Equites de Malta, Maltheser-Ritter dicuntur.

9. Equestris Ordo Teutonicus (Teutsch-Herren) Jerosolymis ab Henrico Walpot Comite teutonico constitutus est, ad peregrinos, maximè è Germania, tectô recipiendos an. 1190. Unde dicuntur Equites Teutonici; & quia nigram in veste crucem gerunt, vocantur Crucigeri, vulgò Creutz-Herren.

10. Ordo Præmonstratensium (vulgò Norbertiner) fundatus est à S. Norberto, qui cum 12. sociis in eremum Præmonstrati secessit, ibique an. 1120. hanc vivendi normam sub Regula S. Augustini elegit: pòst factus Episcopus Magdeburgensis, an. 1127.

11. Ordo SS. Trinitatis (Trinitarier) institutus est à S. Joanne de Mattha, ad redimendos Christianos è Barbarorum captivitate, an. 1198.

12. Ordo Minoritarum institutus est à S. Francisco, qui Assisii in Umbria natus an. 1182. misso rebus paternis nuncio, duodecim ejusdem animi viros in suam sententiam adduxit, an. 1208. regulam scripsit, quam approbavit Innocentius III. in Concilio Lateranensi an. 1215.

* Rigidiorem deinde normam, ligneosque calceos Authore S. Bernardino Senensi amplexi sunt hi, qui hodie Franciscani apud nos audiunt, an. 1419.

* Inter Franciscanos postea, Authore Matthaeo Bascio, seu Barcio, nati sunt Capucini, à Ca

à Capucio sic dicti an. 1525. quorum institutum à Clemente VII. an. 1528. confirmatum est. Hi Religiosi præter cœlum, quod spirant, nihil proprium habent in elementis.

13. Ordo *Dominicanorum* contra Albigenses hæreticos institutus est à *S. Dominico*, Canonico Regulari Oxomiensi sub Regula S. Augustini, quem Honorius III. approbavit an. 1216.

14. Ordo *Carmelitarum* à monte *Carmelo* in Syria, ubi primùm hi Monachi habitabant, suum nomen habet. *B. Albertus* Patriarcha Hierosolymitanus his Monachis præscripsit Regulam an. 1210. quam Honorius III. Pontif. confirmavit an. 1226. Tandem S. Theresia an. 1561. inter fœminas severiorem disciplinam instauravit, quam mox etiam viri amplexi sunt; dicti hodie *Carmelitæ discalciati*.

15. Ordo B. Virg. *de Mercede* Redemptionis Captivorum institutus est sub Regula S. Augustini à S. Petro *Nolasco* an. 1223. Confirmatus à Gregorio IX. an. 1235.

16. Ordo *Servitarum*, seu Servorum B. V. Mariæ fundatus est à septem *Mercatoribus* florentinis sub Regula S. Augustini an. 1233.

17. Ordo *Cælestinorum* erectus est sub Regula S. Benedicti à *Petro de Morone* an. 1270. qui summo Pontificatu se sponte abdicavit, cùm *Cælestini V.* nomine eundem gessisset, an. 1294.

18. Or-

18. Ordo *S. Salvatoris* (Birgittiner) institutus est à *S. Birgitta*, Daniæ Regis filia anno 1363. confirmatus ab Urbano V. an. 1370.

19. Ordo *Fratrum Minimorum* (vulgò Paulaner) institutus est à *S. Francisco de Paula*, authoritate Sixti IV. an. 1474.

20. Ordo *Theatinorum* (vulgò Cajetaner) erectus est à Petro *Caraffa*, Theatinensi Episcopo, & à *S. Cajetano* Cardinale an. 1524. Hi Religiosi sponte tantùm oblatis victitant; cùm tamen plerique omnes *Nobiles* sint.

21. Ordo *Charitatis*, seu *de Misericordia* (barmhertzige Brüder) institutus est à *S. Joanne de Deo*, Hispano an. 1538. confirmatus à Pio V. an. 1572.

22. *Societas Jesu* fundata est à *S. Ignatio* Hispano, Loyolæ in Cantabria nato: cùm enim in propugnatione Pampelonensi accepto vulnere, graviter decumberet, & fallendi temporis ergò vitas Sanctorum legeret, mox exarsit studiô Sanctitatis. Sanitati restitutus, se in Montem Serratum Ord. S. Ben. subduxit, ibique ante aram B. Virginis suspensis armis, non modicum temporis, ut sibi uni ac Deo vacaret, impendit. Inde Lutetias profectus, prima literarum rudimenta annô ætatis 33. tentare non erubuit. Adjunctis denique sibi ex illa Academia novem Sociis, in Monte Martyrum Ord. S. Ben. prima fundamenta jecit Societatis Jesu, quam & an. 1540. Paulus III. confirmavit.

23. Congregatio *Oratorii* (Nerianer) instituta est à *S. Philippo Nerio*, Sacerdote florentino an. 1550. confirmata an. 1575.

24. Congregatio Clericorum Regularium *Piarum Scholarum* Romæ constituta est à *Josepho Calasantia*, Arragonio Sacerdote an. 1617.

* *Cæterùm de præcipuis Ordinum fundatoribus dicitur:*

Bernardus Valles, montes *Benedictus* amabat,
Oppida *Franciscus*, celebres *Ignatius* Urbes.

Bernardus liebte das Thal,
Die Berg Benedictus überall.
Die kleine Ort Franciscus,
Die grosse Stadt Ignatius.

§. 7.

Initia Urbium ac Civitatum.

1. R*atisbona* antiqua, Hermanns-Haimb dicta, quæ à Pedepontio (Stadt am Hof) ad usque Arcem Regnesiam (Regenstauf) se extendebat, condita est ab *Hermanno* Germanorum Rege an. 1984. ante Christum natum. Hæc verô à Romanis penitùs destructâ, hodierna Ratisbona cis Danubium, ut Romani à Germanis tuti essent, à *Tiberio* Romanorum Imperatore exstructa est an. 33. Tempore nimirum Passionis Christi; Unde hæc Urbs olim vocabatur *Tiberia*, *Tiburina*, item *Augusta Tiberii*. *Pons lapideus* erectus est

eſt, ab *Henrico* Superbo Bavariæ Duce anno 1135.

2. *Werda Danubica* (Donauwerth) fuit olim Urbs Imperialis, ob ſacra autem Catholica indignè à Lutheranis civibus habita, à Cæſare proſcripta & Bavaricæ ditioni ſubjecta eſt an. 1607.

3. *Vienna* in Auſtria Urbs eſt totius Germaniæ facilè frequentiſſima ac ſplendidiſſima; Imperatorum Auſtriacorum Regia. Mœnibus cingi & in meliorem formam redigi cœpit an. 700. Hæc Urbs à Turcis bina vice, nimirum an. 152., & 1683. graviſſima obſidione preſſa eſt, nunquam tamen (Deo ſint laudes) expugnata.

4. *Auguſta Vindelicorum* (Augſpurg) Urbs Imperialis partim Catholica, partim Lutherana, à Cæſare *Octaviano Auguſta* ædificata eſt.

5. *Norimberga*, Urbs Imperialis in Franconia, jam primô Chriſti ſæculo, vel ab Imperatore *Tiberio*, vel à *Druſo Nerone* Tiberii Fratre ædificata; vel ſi ritè ſcripſerunt alii, à *Noricis* adverſus Hunnos condita eſt. Mœnibus verò cingi cœpta an. Chriſt. 1380. Hæc Urbs ſpacioſo dominatur Territorio; quippe non ſolùm Altorffium, ſed, & oppida Lauffenam, Hersbruckum cum Caſtello Lichtenavia, & alia poſſidet. Hæc Urbs in centro Germaniæ, imò totius Europæ ſita eſſe traditur.

6. *Monachium* Bavariæ Metropolis & Sedes Electoris ad Isaram. Urbs sanè pulcherrima & amplissima, ædificari cœpta est an. Christ. 972. aucta & muris cincta an 1157. Arx Electoralis sita est in extremitate Urbis, de qua Gustavus Adolphus Suecorum Rex dixisse fertur: Diesem Schloß fehlet nichts als Waltzen, so wollt ich solches nach Schweden schieben lassen.

7. *Roma*, illa gentium Domina & Sedes summi Pontificis condita est à *Romulo* annô ante Christ. 753. In hac Urbe olim numerabantur Nobilium ac divitum Hominum 300000. Civium è plebe 300000. Fœminarum cum pueris 900000. Servorum 200000. Militum, Gladiatorum, Aurigarum, &c. 2000000. Peregrinorum 2000000. Universè 5700000. id est quinquies mille millia, atque insuper septingenta millia: seu ferè sex milliones. Hæc amplissima Urbs septem montes seu Colles complectebatur, unde *Septicollis* dicta est. De hac Urbe hodie communiter dicitur: Wer zu Rom leben will, der muß drey T. zu gebrauchen wissen; Tempo, Testa, Testoni, das ist: Zeit, Verstand, und Geld.

8. *Frisinga* (Freysing) Urbs Episcopalis in Bavaria, condita est à Romanis circa annum ante Christum 12.

10. *Ulma* Urbs Imperialis, jam IV. Christi sæculo ædificata esse fertur, Carolus Magnus

an.

an. 813. eandem Monasterio Augiæ Divitis (Reichenau) Ord. S. Ben. dono dedit. Ludovicus Bavarus Imp. hanc Urbem pecuniis Imperio vel emisse, vel redimisse scribitur.

11. *Praga*, Bohemiæ Metropolis, Urbs sanè amplissima, tres in se continens sat amplas urbes, ædificari cœpta est an. Christ. 686. juxta alios 712. hîc tria numerantur Jesuitarum Collegia.

12. *Reutlinga* Urbs Imperialis in Suevia, an. 1215. ædificata, à Friderico II. mœnibus fuit circumdata. Maximilianus I. Imp. huic urbi tantum dedit privilegium, ut homicida non proditorius totius vitæ tempore possit tutò vivere absque detrimento bonorum temporalium.

13. *Campidunum* (Kempten) Urbs Imperialis in Suevia, originem debet Campidunensi Cœnobio, cui, & subjecta erat; at tumultu hæreticorum ejus ditioni subducta est. Hujus *Benedictini Monasterii* Abbas est Princeps & Archi-Mareschallus Imperatricis, qui eidem in Comitiis publicis sceptrum præfert. Habet insuper jus gladii, & ex singulari privilegio, sanguinis judicio sine ullius irregularitatis periculo in propria persona interesse potest. Ad quod alludit pervetustus ille Rythmus, quem cum Episcopo Herbipolensi communem habet.

Campidona sola judicat ense, stolâ.

14. *Fulda* Urbs, originem trahit à Monasterio Fuldensi, cui & hodiedum sub jecta est. Hujus *Benedictini Monasterii* Abbas est Princeps, & Archi-Cancellarius Imperatricis, qui Imperatricis capiti in solemni ejus coronatione imponit coronam; unde etiam inter Imperii Principes eminet potestate & dignitate.

15. *Amberga* in Palatinatu superiori Metropolis; sic dicta, eó quòd ad montem, id est Amberg sita. Ex pago in Urbem erecta est à quodam Episcopo Eichstettensi anno 1297. muris cincta an. 1300. Tandem à Friderico Comite Palatino Rheni propugnaculis munita an. 1452. In hanc Urbem PP. Jesuitæ venerunt, ibique scholas erexerunt an. 1621. extant hîc locupletissimæ ferrifodinæ.

16. *Straubinga*, Urbs Bavariæ, condita est à Ludovico Bavariæ Duce an. 1208. in hanc Urbem PP. Jesuitæ venerunt, ibique scholas aperuerunt an. 1630.

17. *Venetiæ* (Venedig) Urbs nobilissima, amplissima atque ditissima in sinu Adriatico ædificari cœpta est an. Christi 412. Hæc Urbs medio mari, seu potiùs palustribus maritmis, palisque imposita, sub ditione sua numerat multas Regiones. Verùm *Cyprus Creta*, & nuper an. 1715. *Peloponesus* (hodie *Morea*) Turcarum armis cessit. In hac rbe sunt Pontes 500. Palatia 150. Templa

pla 70. Monasteria utriusque Sexûs 67. Xenodochia 17. Turres 115. Marmoreæ statuæ 164. Hæc Respublica crebrò aluit triginta armatorum millia; hinc, quanti, steterit sumptuum & redituum copia Venetis, conjecturis facilè est assequi rerum peritis.

18. *Berlinum* Urbs amplissima, & Sedes Regis Borussiæ & Electoris Brandenburgici, ædificata est â Marchione Alberto an. 1163. Hic *Societas Regia Scientiarum* suam sedem & Observatorium habet.

19. *Dresda*, Urbs munitissima, & Sedes Electoris Saxonici, exstrui cœpta est circa an. 900.

20. *Amstelodamum*, Urbs in Batavia sanè ditissima & amplissima, propugnaculis communita est an. 1327. muro cingi cœpta an. 1282. De hac Urbe vulgò dicitur: Amsterdam ist ein Perl aller Städte in der Welt: Item, ein Sitz und Sammel-Platz alles Reichthums; Auf dem Rath-Hauß soll ein Schatz von 200. Millionen hinterlegt seyn.

21. *Aquisgranum* (Aachen) inter Rhenum, & Mosellam Imperii Urbs, à *Grano* Nobili Romano, qui hîc varios salutiferos fontes detexit, primo jam Sæculo erecta est. In Ecclesia B. V. Mariæ Imperator semper est Canonicus. Hic sepultus est Carolus Magnus.

22. *Colonia Agrippina* (Cölln) Urbs Imperialis à Romanis exstructa est an. 50.) *Agrip-*

pina dicitur, eò quòd Agrippina Claudii Imperatoris Conjux nomen huic Urbi suum indiderit.

23. *Treviris* (Trier) Urbs Episcopalis & Electoralis duobus jam annorum millibus ante Christum natum condita esse fertur à *Trebeta* Nini filio, Semiramidis Reginæ privigno, qui, ut Novercæ insidias effugeret, fugitivus in Germaniam usque pervenit. Adeoque hæc Urbs inter omnes Europæ Urbes antiquissima est. Poëta de ejus antiquitate sic canit;

Ante Romam Treviris stetit annis mille trecentis.

24. *Solodurum*, Urbs Helvetiæ, eodem ferè, quo Treviris, tempore ædificata esse dicitur, de qua Poëta sic:

In celtis nihil est Solodorò antiquius, unis
Exceptis Treviris, quorum ego dicta soror.

25. *Argentina*(Straßburg) Urbs antiquissima in Alsatia, exstructa est an. ante Christ. 1308. Hæc olim urbs erat Imperialis, à Gallis verò direpta est an. 1681. Est partim Catholica, partim Lutherana.

26. *Neapolis* Urbs Campaniæ, condita est an. antè Christum 1200. Hæc Urbs tam populosa est, ut semper in ea nundinas agi, peregrinus arbitrari possit. In Hispanorum rediit potestatem an. 1735.

27. *Bononia*, vulgò *Bologna*, Urbs Italiæ amplissima, ædificata est an. ante Christum 189.

28. *Me-*

28. *MedIolanum* (Mayland) Urbs Italiæ condita est an. ante Christum 596. juxta alios 380. Hæc Urbs suburbia habet adeò longa & lata, ut cum magnis Italiæ civitatibus certent.

29. *Constantinopolis*, seu *Byzantium*, Urbs sane amplissima, & sedes Imperatoris Turcarum, condita est à Constantino Magno an. Christ. 325. Hæc Urbs turcicè *Stambol* dicitur. In hac Urbe numerantur 740. millia incolarum; quorum tres partes Turcæ, duæ Christiani, cæteri Judæi sunt. Item numerantur plateæ majores 7477. minores 5337. Hodie Constantinopolis sub immani Turcarum jugo gemiscit, à Mahomete II. Trucarum Imperatore an. 1453. expugnata.

30. *Quinsai*, Urbs in confinio Chinæ sita, magnitudine suâ omnes totius Orbis Urbes superat: ejus enim circuitus in se continet centum circiter milliaria Italica. Familiarum in ea numerantur sexaginta millia supra unum millionem. Pontes habet lapideos duodecies mille; inter quos sunt aliqui adeò alti, ut subtus eos naves magnæ erectô malô transire queant. In hac Urbe Magnus *Cham* habet præsidium 30000. militum.

31. *Avenio* (Gallicè *Avignon*) Urbs antiquissima in Gallia, spectat ad Summum Pontificem. In hac Urbe numerantur 7. Xenodochia: 7. Monasteria Virginum; 7. Parochiæ:

7. Palatia: 7. Collegia: 7. Portæ. Hic Summi Pontifices olim habuerunt suam sedem, nimirum ab an. 1305. usque ad 1377. id est; per 72. annôs.

32. *Leodium* (Lüttich) Urbs Episcopalis, muris cincta est an. 971. *Episcopi Leodienses* vocantur S. R. I. Drincipes, Duces Bullionii, Marchiones Franchemontenses, Comites de Loos & Masban. Tria hæc Urbs habet memorabilia, videlicet: *Panem* pane meliorem: *Ferrum* ferrô durius: *Ignem* igne calidiorem.

33. *Londinum* (London) Metropolis in Anglia, muris primùm cincta est à *Constantino Magno* Imperatore. Urbs hæc tam ampla est, ut omnes in Europa Urbes magnitudine superet; in ea enim numerantur 87. millia domorum, quarum an. 1666. incendiô perierunt 40. millia.

34. *Heidelberga* Metropolis in Palatinatu inferiori, & sedes olim Electorum, ampliata fuit; an. 1392. â Ruperto III. Palatino, postea Immperatore.

25. *Genua* (Genova) Metropolis Reipublicæ Genuensium in Italia fuit annis ante Christum 2 4. 6 Carthaginensibus excisa, postea verò à Romanis iterum restaurata. Urbs sanè amplissima & antiquissima, ob splendidissima ædificia dicitur *Genua la superba*, Die Stoltze. Genuensium Dux (Doge) elapsis duobus annis Regimen iterum resignat, cui

â Se-

à Secretario ad eum misso pro gratiarum actione dicitur: Eure Durchlaucht haben nun ihre Zeit versehen: Eure Excellenz können sich nun wider nach Hauß begeben.

36. *Lutetia Parisiorum*, Metropolis & Sedes Regis in Gallia, condita est annis ante Christum 1417. Hæc Urbs tam populosa est, ut meliùs eam Orbem, quàm Urbem appellare possis. In ea numerantur 50. millia domorum: plateæ 720. Portæ 17. Monasteria 100. Ecclesiæ Parochiales 44. Abbatiæ 80. Xenodochia 30. Hæc Urbs an major sit, ùt quibusdam placet, Londinô in Anglia? disputatur.

37. *Madritum* Metropolis & Sedes Regis in Hispania, quo tempore fuerit ædificata, nescitur. Hæc Urbs valdè populosa quidem est; non verò tam magna, quàm Lutetia Parisiorum.

38. *Salisburgum* (Saltzburg) Urbs & Sedes Archi-Episcopi in Circulo Bavarico sita, condita est annis ante Christum 43. Hic sepultus est *Theophrastus Paracelsus*, celeberrimus ille Medicus, qui solus podagram curare sciebat.

39. *Gandavum*(Gent)Metropolis in Flandria, condita est à *Julio Cæsare*, cùm in Elandria ageret. Hæc Urbs inter maximas Europæ Urbes numeratur; in ea enim sunt 36. millia domorum; civium verò, qui armis bellisque gerendis idonei sunt, 80. millia.

Caro-

Carolus V. Imp. in hac civitate natus eſt an. 1500.

40. *Florentia* Metropolis & Sedes *Ducis Magni* in Hetruria, exſtructa eſt annîs ante Chriſt. 42. Hæc Urbs cenſetur totius Chriſtiani Orbis pulcherrima & florentiſſima, de qua Carolus V. Imp. dixit: Man ſolte ſie ihrer Schönheit halber nur an Feyertägen und hohen Feſten ſehen laſſen.

41. *Manheimium* Urbs in Palatinatu inferiori, & hodie ſedes Electoris Palatini, aucta eſt à Joanne Wilhelmo an. 1710. melioribus verò propugnaculis communita à Carolo Philippo an. 1734.

42. *Moguntia* (Maynz) Urbs & Sedes Archi-Epiſcopi & Electoris, ædificata fertur, à *Druſo Germanico* Octaviani Auguſti privignô annis 20. ante Chriſtum.

43. *Erfordia* Urbs in Thuringia, condita eſt an. Chriſt. 421. muris cingi cœpit circa an. 1163.

44. *Hieroſolyma* (Jeruſalem) celeberrima illa Urbs in Aſia, ædificata fuit an. Mundi 1841. cincta murô à *Salomone* an. mundi 3043. devaſtata verò, & ſola æquata eſt, ut ne veſtigium ſupereſſet, à *Tito* Veſpaſiani Imp. filio an. Chriſti 70. Fuit autem iterum ædificata, ſed non in eodem loco ab *Ælio Hadriano*, & dicta *Ælia* an. Chriſt. 119. verùm nobiliùs pietatis ergò ob ſepulchrum Domini à *Conſtantino Magno* an Chriſt. 326. A. Sarace-

cenis dein capta an. 637, Sed à Godefrido Bullionio Christianorum præcipuo Duce recuperata an. 1099. qui & unanimi consensu, eò quòd primus muros urbis conscenderit, in Regem Hierosolymorum creatus est. Ast prô dolor! an. 1187. postquam 88. annis à recuperatione in manibus Christianorum fuisset, à *Saladino* Babyloniæ Sultano capta, universâque *Terra Sancta* à Saracenis occupata est. Hoc auditô, Urbanus III. Papa ex mœrore incidit in morbum, & paulò pòst mortuus est.

45. *Ingolstadium*, Urbs munitissima in Bavaria, in urbem erecta est circa an. Christ. 1312. postea fortificata an. 1537. Tempore belli suecici fuit quidem à *Gustavo* Suecorum Rege oppugnata, sed non expugnata.

46. *Landisbutum* Urbs in Bavaria exstrui cœpit circa an. Christi 1188. sua autem incrementa accepit, an. 1204.

§. 8.

Initia Academicarum & Universitatum.

In Germania.

1. *Altorffensis* Universitas (Luth.) fundata est à Senatu Norimbergensi an. 1575. quæ primùm an. 1623. à Ferdinando II. Imp. Jus creandi Doctores Juris & Medicinæ obtinuit.

tinuit. Hæc Universitas an. 1723. primum Jubilæum Academicum celebravit.

2. *Argentoratensis* in Alsatia (Cath.) fundata est an. 1538.

3. *Basileensis* in Helvetia (Calv.) à Senatu erecta est an. 1460. & à Pontifice Pio II. variis privilegiis exornata. Rector Magnificus hîc singulis annis eligitur, & videt depositio Studiosorum.

4. *Coloniensis* (Cath.) à Senatu instituta est an. 1388. & confirmata ab Urbano VI. Pontif. In hac Univesitate Rector Magnificus quater per annum eligitur, ordine ex singulis facultatibus observatô. Doctoralis pileus rubeus cum tanta solemnitate imponitur, ut vix alibi similis ceremonia conspiciatur.

5. *Dillingana* in Suevia (Cath.) fundata est ab Ottone Truchsessio, Cardinali & Episcopo Augustano, & Germaniæ Prorectore an. 1549. potissimùm eo fine, ut præter humaniores Literas Theologia exactè traderetur.

6. *Erfordiensis* in Thuringia (partim Cath. partim Luth.) fundata à Dagoberto Francorum Rege an. 1392. & confirmata à Bonifacio IX.

7. *Francofordensis* ad Oderam (Calv.) fundata est à Joachimo I. Electore Brandenburg. an. 1506.

8. *Friburgensis* Brisgoviæ (Cach.) fundata est ab Alberto Duce Austriaco an. 1463.

9. *Ful-*

9. *Fuldensis* (Cath.) à Celsissimo Principe & Abbate Fuldensi O S. Ben. erecta est, & PP. Jesuitis concredita an. 1734. ita tamen, ut semper unus Professor ex PP. Benedictinis Jus Canonicum traderet.

10. *Göttingensis* (Luth.) instituta est à Georgio II. Brittanniæ Rege an. 1734.

11. *Graciensis* Styriæ (Cath.) erecta est an. 1585.

12. *Heidelbergensis* in inferiori Palatinatu (Calv.) instituta est à Ruperto II. Electore Palatino an. 1346.

13. *Jenensis* in Thuringia (Luth.) fundata est à Friderico Electore Saxoniæ an. 1548.

14 *Ingolstadiensis* in Bavaria (Cath.) erecta est à Georgio Bavariæ Duce an. 1410. quam jussu moderni Electoris, Maximiliani III. D. Baro de Ickstæt an. 1748. in talem redegit ordinem, ut sanà in ea hæc tria hodie, quæ Academiam maximè exornant, reperiantur, nimirum: *Doctrina excellens, ordo singularis, diligentia maxima.*

15. *Lipsiensis* in Saxonia (Luth.) instituta est à Friderico I. Electore Saxoniæ an. 1409.

16. *Lovaniensis* in Belgio (Cath.) erecta est à Joanne Duce Brabantiæ an. 1426. cui multum splendoris Adrianus XVII. Pontif. adjecit per egregium Collegium, sub *Adriani* nomine ab ipso erectum.

17. *Mo-*

17. *Moguntina* (Cath.) instituta est à Diethero Isenburgico Archiepiscopo an. 1482.

18. *Oenipontana*, Inspruck, Tyrol, (Cath.) erecta est an. 1677.

19. *Pragensis* in Bohemia (Cath.) fundata est à Carolo IV. Imp. an. 1360. quam postea ob Hussitarum hæresin & crudelissima bella penè oppressam Ferdinandus I. & Maximilianus II. restituerunt. In hujus Academiæ auditorio Juridico legitur, quòd Professores, qui 20. annis continuis docent in famosa aliqua Universitate, ipso jure efficiantur Duces & Comites. Hic maximè floret Jus Civile.

20. *Salisburgensis* in Bavaria (Cath.) à Matthæo Paride Archiepiscopo in Universitatis formam errecta est, & PP. Benedictinis concredita an. 1520. Hæc Univesitas adeò floret, ut ab an. 1700. ad annum usque 1729. in sola Philosophia AA. LL. & Philosophiæ Baccalaurei numerarentur 1673. Magisterii verò laureâ insigniti 911.

21. *Bambergensis* in Franconia (Cath.) erecta est an. 1649.

22. *Viennensis* in Austria (Cath.) instituta est à Friderico II. Imp. an. 1237.

23. *Herbipolensis* in Franconia (Cath.) erecta est à Joanne ab Egolstein Episcopo anno 1403.

24. *Wittenbergensis* in Saxonia (Luth.) fundata est à Friderico III. Electore Saxoniæ

an.

an. 1503. Hîc incepit *Lutherus* suas hæreses spargere an. 1517.

25. *Leodiensis*, Lüttich, (Cath.) erecta est an. 1129. quæ adeò florebat, ut in ea aliquando uno eodemque annô novem Regum, viginti quatuor Ducum, viginti novem Comitum filii cum magna Baronum, Nobiliumque caterva studuerint.

26. *Duacensis* in Belgio (Cath.) fundata est à Philippo II. Rege Hispaniæ an. 1563. ne Belgica juventus literarum causâ ad exteros proficisci cogeretur, hæreséque imbiberet.

28. *Erlangensis* in Franconia, erecta est per Carolum VII. Imp. an. 1743.

In Gallia.

1. *Avenionensis* fundata est an. 1305.

2. *Burdegalensis*, antiquissima Schola tempore S. Hieronymi, restituta ab Eugenio VI. Pontif. an. 1441.

3. *Parisiensis* erecta est a Carolo Magno ex consilio *Alcuini* Benedictini, & Præceptoris sui an. 790. Ejus præcipuum Collegium est *Sorbona*, à Canonico Parisiensi *Roberto Sorbon* fundatum circa an. 1250. Numerus studiosorum quandoque ad 30. millia excurrit. Rector Magnificus in publicis actibus præ Episcopis, Cardinalibus, Legatis Papæ, aut Principum digniorem locum obtinet.

4. *Aurelianensis* (Orleans) à Philippo Pulchro an. 1312. excitata est; sed superioribus annis ferè oppressa. Hic *S. Ivo* Advocatorum Patronus studuit juri Canonico.

5. *Tolosana* fundata est à Carolo Magno an. 800. instaurata verò an. 1233. In hac Jurisconsulti etiam diebus festis, præter Dominicos; & qui B. V. ac Apostolis dicati sunt, lectiones habent.

In Italia.

1. *Romana* jam celebris erat 700. annîs ante Christum; postea verò cùm neglecta esset, Romanorum Pontificum Studiô restaurata est, maximè ab Urbano IV. S. Thomam Aquinatem evocante, qui totus in réstaurandam istam Academiam incubuit.

2. *Bononiensis* fundata est à Theodosio II. Imp. an. 432. Sed ea postea nonnihil collapsa, à Carolo Magno restaurata fuit anno 795. Tandem verò Pontificum & Imperatorum munificentiâ ita excrevit, ut bonorum studiorum Mater appelletur. Hîc *Bartholus* celeberrimus ille Doctor studuit.

3. *Florentina* excitata est à Cosmo Medices an. 1434. In ea potissimùm florent studia humaniorem literarum; unde & Paulus III. desertâ Romanâ Academiâ ad hanc migravit.

4. *Mediolanensis* inter antiquissimas Universitates numeratur, de qua Alexander V. Pontif. affirmabat, primum Theologiæ Professo-

fefforem S. *Barnabam* fuiffe, quam poftea S. Ambrofius & S. Auguftinus egregiè promoverunt. Ibidem etiam *Virgilius* literis operam dedit.

5. *Neapolitana* eft Academia antiquiffima. In hac ftuduerunt Virgilius, Horatius, Claudianus, Petrarcha, & alii &c. Academia verò moderna fundata eft à Friderico II. Imp. an. 1227. in qua & S. Thomas Aquin. Doctor ille Angelicus difcipulum egit fub Magiftris Petro Hyberno & Martino Neapolitano Benedictinis.

6. *Papienfis* eft quoque Academia antiquiffima; in hac enim primus Theologiam docuit Syrus Aquilienfis eo tempore, quo S. Petrus Apoft. eam Romæ docebat. Moderna autem fundata eft à Carolo Magno non diu poft Parifienfem. Floret hîc maximè Theologia.

7. *Patavina* (Padua) excitata eft à Carolo Magno an. 791. reftaurata verò à Friderico II. Imp. an. 1222. Et hæc totius Italiæ celeberrima eft. In hac duo funt Rectores, unus Univerfitatis, quæ Medicinam & Philofophiam complectitur; alter ejus, quæ cæteras facultates docet. Præterea hortus in Civitate *Patavio* eft extructus, infinitis herbis refertus, in gratiam ftudioforum Medicinæ. In Tribunali hæc verba leguntur. *Excute manus ab omni munere: patienter partes audi: benignè refponde: jufte judica.* Mirabile

bile est, quòd in hac Universitate etiam Judæi Doctores fieri possint.

8. *Pisana* instituta est an. 1339. postea restaurata à Duce Laurentio de Medices anno 1472. Huic Academiæ *Albus Manutius* 80. millia librorum Testamento legâsse dicitur.

In Hispania.

1. *Complutensis* à Francisco Ximenes, Franciscano, Card. Archi-Episcopo Toletano, & totius Hispaniæ Prorege extructa est anno 1517.

2. *Salmanticensis* erecta est ab Alphonso IX. an. 1234. in hac maximè floret Theologia. Qui hîc 20. annis docuit, illustris habetur, & per substitutum docere potest. Licentiatus hujus Academiæ præfertur Doctoribus aliarum Academiarum. Reditus illius annui sunt 30. millia aureorum.

In Lusitania (Portugall).

1. *Conimbricensis* erecta est an. 1361. restaurata verò à Joanne III. Lusitaniæ Rege an. 1540. Floret hîc maximè Philosophia. In hac Universitate *Navarrus* Jus Canonicum docuit.

2. *Ulissiponensis* (Lissabon) fundata est anno 1290. Viget hîc Officium inquisitionis.

In Anglia.

1. *Cantabrigensis* excitata est à Sigeberto Anglorum Rege an. 630. Hîc floruerunt Vene-

Venerabilis Beda, Alcuinus Ven. Bedæ Discipulus, uterque Benedictinus, & Thomas Morus, Angliæ Cancellarius, qui cùm Henricum VIII. Regem pro Anglicanæ Ecclesiæ capite non agnosceret, capite plexus est anno 1535.

2. *Oxoniensis* (Oxfort) erecta est ab Alphredo sive Altoredo an. 895. Numeratur hæc inter præcipuas Orbis Christiani Universitates. An. 1209 tria millia studiosorum unà cum Professoribus derepentè abierunt, eò quòd Rex tres studiosos, quorum contubernalis mulierem aliquam interfecerat, in proprio hospitio comprehensos, & planè insontes, suspendi mandâsset.

*

PP. Benedictini olim tam in privatis, quàm publicis Scholis docuerunt, & adhuc docent.

Quòd olim PP. Benedictini ubique in suis Monasteriis Scholas erexerint, & Juventuti bonas Literas tradiderint, nemo Eruditorum ignorat; quippe S. Benedictus, qui an. 520. floruit, jam pueros in Monasteriis educavit, & tam virtutibus, quàm Literis instruxit; sic Placidum & Maurum puerulos recepit & in omni genere virtutum excultos, ad prædicandum Evangelium misit: S. Placidum nempe in Siciliam, S. Maurum in Galliam. Sic quoque S. Gregorius Pontif.

Benedictinus Anglos pueros magnâ diligentiâ conquiri jussit, & in Benedictinorum Cœnobiis educari, & informari. Quæ consuetudo diu postea tenuit; nam & S. Thomas Aquinas longo pòst tempore in Cassinensi Monasterio à puero educatus, primam eruditionis suæ lucem imbibit. Omnia fermè Benedictinorum Cœnobia erant Gymnasia, & omnia Gymnasia Cœnobia; eaque adeò floruêre, ut etiam Imperatores, Reges & Principes suos filios iis commiserint. Ex his scientiarum Emporiis fuere præcipua: *Fuldense, San-Gallense, Augiense, S. Albani Moguntiense, Corbeiense, Brumense, Mediolanense, S. Dionysii Parisiense, S. Maximi Trevirense, Antisiodorense, Turonense, Stabulense, Weissenburgense &c.*

Non tantùm in Monasteriis, verùm etiam in publicis Scholis docuerunt PP. Benedictini; nam & in Germania, in Gallia, & in Anglia, & in Italia magna cum laude docuerunt, Authore & Principe hujus instituti Venerabili *Beda* Benedictino, qui ante 1000. annos in Anglia docuit, & Scholæ præfuit. In cujus locum postea successit *Alcuinus* Caroli Magni in Gallia Præceptor, qui Parisiis, Eboraci, Cantabrigiæ, Ticini, Romæ, Turonis, Suessione, publicè docuit. In locum Alcuini successit *Rhabanus* Abbas Fuldensis, postea factus Archi-Episcopus Moguntinus, qui primus in Germaniam Græcas Literas invexit an. 837. Et sic per aliquot sæcu-

la non nisi PP. Benedictini summa cum laude publicè docuerunt, habueruntque Collegia, quemadmodum hodie PP. Jesuitæ habent, in quibus docuerunt, ùt P. Ribadeneira S. J. testatur, quæ PP. Jesuitæ nunc docent.

*

PP. Benedictini adhuc hodie tam in privatis quàm publicis Scholis docent.

Etiam hodie vix ullum in nostra Germania Monasterium reperietur, ubi non spectabilis Adolescentum copia vel literis, vel probis moribus, vel Musicis, quibus Ordo S. Benedicti reliquis semper antecelluit, imbuatur; eà quidem studiorum famâ, eô discipulorum fructu, & eô quoque parentum solatiô, ut ad Literas publicè tradendas à permultis certatim locis Benedictini expeterentur. Sunt etiam nunc multi præclarissimi Viri, Nobiles, Barones & Comites in Aulis Principum, qui prima pietatis & litteraturæ elementa in Benedictin. Monasteriis hausère. Inter hæc *Monasteria*, in quibus numerosa & nobilissima Juventus optimis disciplinis eruditur, in superiori Germania præcipua sunt:

1. *Cremisfanense* (Crems-Münster) in superiori Austria.
2. *Admontense* (Admont) in superiori Styria.
3. *Melicense* (Melck) in inferiori Austria.

4. *Ottoburanum* (Ottobeuren) in Suevia.
5. *S. Gallense* in Helvetia.
6. *Einsidlense* in Helvetia.
7. *Weingartense* in Suevia.

Adhuc hodie etiam non solùm privatim in suis Monasteriis, quorum multa Academiis non absimilia sunt, sed & in publicis florentissimisque Europæ *Universitatibus*, & Cathedris docent PP. Benedictini, inter quas præcipuæ sunt:

1. *Romana* (Rom) in Italia.
2. *Patavina* (Padua) in Italia.
3. *Bononiensis* (Bologna) in Italia.
4. *Salmantiensis* in Hispania.
5. *Erfurtensis* in Thuringia.
6. *Duacensis* (Duay) in Belgio.
7. *Fuldensis* in Circulo Rhenano superiori.
8. *Salisburgensis* in Circulo Bavarico. Hîc soli Benedictini docent, è qua Universitate, ceu equo quondam Trojano famosi in arenam literariam Heroës prodierunt.
9. *Leridana* in Hispania.
10. *Ovetana* (Oviedo) in Hispania.
11. *Compostellana* (Compostell) in Hispania.
12. *Vallisoletana* (Valladolit) in Hispania.
13. *Hispalensis* in Hispania.
14. *Hyrachensis* in Hispania. Hîc soli Benedictini cum clavo Cathedras obtinent.
15. *Complutensis* in Hispania.
16. *Parisiensis* in Gallia.

17. Do-

17. *Dolana* (Dolen) in Burgundia.
18. *Coloniensis* (Cölln) in Circulo Rhenano inferiori. Ubi nuper Reverendissimus D. Heinricus *Gyrenius*, Abbas S. Heriberti in Tuitio prope Coloniam, ingenti cum plausu Theologiam docuit.

* PP. Benedictini docent & in *Lycæis*, & *Gymnasiis publicis*, quorum præcipua sunt:

1. *Gerardimontense* (Geertsberg) in Flandria.
2. *Bellizonense* in Helvetia.
3. *Villiganum* (Villingen) in Hercinia.
4. *Ebingense* (Ehingen) in Suevic.
5. *Meranense* (Meran) in Tyrol.
6. *Frisingense* (Freysing) in Bavaria.

Plures Cathedras, in quibus PP. Benedictini magna cum laude publicè docent, silentiô prætermittimus, idque brevitatis causâ.

§. 9.

Initia Hæresum, magis nominatarum.

1. Simoniaci proveniunt à *Simone Mago* Samaritano, qui suam hæresin inchoavit circa an. Christ. 36. Is potestatem patrandi miracula voluit argentô emere à S. Petro; verum ab eo præter maledictum nil aliud tulit. Atque hæc est hæresis, quam hodie dicunt Simoniam, quæ sacra venalia habet. Cùmque Simon de præstandis miraculis cum

S. Petro alternaret, afferebat, se per aëra in cœlum volaturum; at precibûs S. Petri ex aëre dejectus, periit a. 67.

2. *Ebionatæ* descendunt ab *Ebione*, qui suam hæresin sparsit circa an. 80. docuit 1. Christum non esse simul Deum, sed purum hominem. 2. Christum hominem esse filium naturalem Josephi ex semine ejus conceptum.

3. *Menandriani* originem sumunt à *Menandro*, qui an. 80. docuit, Mundum corporeum fuisse factum ab Angelis, non à Deo.

4. *Basilidiani* ortum trahunt à *Basilide*, Ægyptio ex Alandria, qui circa an. 124. blasphemavit, Christum non fuisse passum ac crucifixum; sed ejus locò Simonem Cyrenæum.

5. *Gnostici* auctore *Carpocrate* exorti sunt, sic dicti ab excellentia scientiæ, quam jactarunt, circa an. 129. Hi Mariam Dei Genitricem contemptui habuerunt. Omnem turpitudinem veneream appellârunt virtutem. Duos posuerunt Deos, unum bonum & alterum malum. Porrò docuerunt, formas & materias Sacramentorum posse mutari.

6. *Adamitæ* proveniunt à *Prodico* circa an. 194. Hi respuebant Matrimonium, & nulli juxta Adami nuditatem incedebant, nec erubescebant affirmare venerem publicam esse Communionem mysticam.

7. *Origenistæ* nomen sumunt ab *Origene* Alexandrino, Viro eruditione nemini secundo, qui post multos pro fide exantlatos labores,

bores, jam sexagenariò major circa an. 252. in sequentes incidit errores. 1. Beatitudinem in Cœlis, nec pœnas inferni fore perpetuas. 2. Adamum post peccatum imaginem Dei prorsus perdidisse. 3. Filium in Divinis esse minorem Patre. 4. Animam Christi præextitisse ante Incarnationem & Nativitatem ex Virgine. 5. Christum crucifigendum esse adhuc à dæmonibus.

8. *Tertullianistæ* nomen habent à *Tertulliano*, Presbytero Carthaginensi, quem ob ingenii acumen S. Cyprianus tanti fecit, ut ne diem quidem sine lectione traduceret, solitus Notario dicere: *da Magistrum*, Tertullianum significans. Hic sublimi ingenio Vir circa an. 215. in sequentes incidit errores: I. Impiorum hominum animas post mortem converti in dæmones, & in bruta meritis congrua. 2. Ante diem judicii nullam animam esse in Cœlo, sed in sinu Abrahæ tanquam tertio loco. 3. Beatissimam Virginem non servâsse Virginitatem in partu & post partum &c.

9. *Novatiani* proveniunt à *Novatiano*, Pseudo-Pontifice, qui circa an. 250. docuit; in Ecclesia non esse potestatem remittendi peccata.

10. *Manichæi* originem trahunt à Manes Persa, qui circa an. 273. docuit, 1. Nullam inesse libertatem humano arbitrio. 2. Animas migrare de corpore in corpus. 3. Non licere vesci carnibus, eò quòd à Diabolo essent &c.

In

In hanc hæresin pellectus est Adolescens *Augustinus*; quam deinde ipse penè funditùs extirpavit.

11. *Ariani* descendunt ab *Ario*, Alexandriæ Presbytero, qui ibi an. 313. blasphemare cœpit. 1. Dei filium creatum esse, neque Patri æqualem aut consubstantialem. 2. Filium assumpsisse carnem solam sine anima. Ejectus est quidem ab Alexandro Patriarcha, damnatus à Concilio Nicæno; at cùm fingeret se cum Catholicis facere, jussus est à Constantino Magno in Constantinopolitanam Ecclesiam admitti; dúmque in templum ovans properaret, è via declinans, alvum exonerandi causâ, rupto ibi ventre in latriná publica interiit, Judæ proditoris instar an. 340.

12. *Donatistæ* proveniunt à *Donato* Carthaginensi in Africa Pseudo-Episcopo, qui circa an. 351. docuit. 1. Romanam Ecclesiam defecisse à Christi Ecclesia, & hanc solùm esse penes Donatistas. 2. Filium in Divinis esse minorem Patre, & Spiritum Sanctum minorem filiô &c.

13. *Helvidiani* originem trahunt ab *Helvidio*, qui circa an. 395. docuit, nuptias esse pares Virginitati; Et tandem impuro ore Cœli Reginam petere ausus, eam à partu Virginitatis honore orbatam fuisse mentitus est.

14. *Vigilantiani* descendunt à *Vigilantio*, natione Gallo, qui circa an. 402. blasphema-

vit.

vit: 1. Sanctos non esse orandos. 2. Reliquias Sanctorum non esse honorandas. 3. Clericos debere esse uxoratos. Hunc strenuè æmulantur Calvinistæ, Lutherani, aliique ejusdem luti.

15. *Pelagiani* proveniunt à *Pelagio* Britanno, qui circa an. 405. docuit. 1. Justificationem hominis non haberi ex divina gratia & fide Christi, sed ex nostris operibus & virtutibus naturalibus. 2. Adam moriturum fuisse, etiamsi non peccâsset, idque non propter culpam, seu ex merito, seu ob conditionem naturæ. 3. Liberum hominis arbitrium, post receptam Baptismatis gratiam, non posse amplius peccare.

16. *Nestoriani* proveniunt à *Nestorio*, Constantinopolitano Episcopo, qui circa an. 428. impuro ore docuit, duas esse in Christo personas, unam Dei, & alteram filii hominis; & idcirco Mariam Virginem non esse Deiparam, sed Matrem pueri hominis. Ob hanc Deiparæ illatam injuriam linguâ à vermibus exesâ, miserè periit.

17. *Mahometani* originem sumunt à *Mahomete*, nato ex patre ethnico, matre verò judæâ in Arabiæ Urbe *Mecca*. Hic an. 622. novam promulgavit sectam, ex Arianismo, Judaismo, & Ethnicismo conflatam, quam cùm mendaciis, ferrô & fraudibus stabilisset, haustô venenô interiit Medinæ an. 630. *Mahometani* Deum unum esse credunt, sed frigide satis; nam lunam divino ferè cultu prosequun-

sequuntur. 2. Christum Deum esse negant, Prophetam tamen fuisse asserunt. 3. Vini usum esse illicitum dicunt; & idcirco id non bibunt. 4. Cum Judæis Circumcisione utuntur. 5. Hominibus à morte alteram restare vitam credunt, sed nil in ea nisi fœdissimas corporis voluptatis somniant. 6. Hæc, aliâque quàm plurima figmenta, in *Alcorano* contenta credunt. Mahometis præcipui discipuli erant quatuor, nimirum *Melichi*, *Ali*, *Omari*, *Odemani*, iique ejus doctrinam variè exposuerunt; unde *Arabes*, & *Afri* adhærent Melichi: *Persi* Ali: *Turcæ* Omari: *Tartari* Odemani.

18. *Iconoclastæ*, seu *Iconomachi* (Bilder-Stürmer) fuerunt inter primos *Judæi*, deinde *Mahometani*; hi enim in Oriente primum sacris imaginibus bellum indixerunt. Tandem an. 723. sacrilegum hoc ausum non segniter prosecutus est Orientis Imperator *Leo Isauricus*, qui ferale edictum de imaginibus ubique abolendis promulgari fecit. Nec Occidens planè ab hac peste immunis erat. At Romani Pontifices, Irene Imperatrix Orientis, & Carolus Magn. Imperator Occidentis huic hæresi fortiter restitêre, eaque Constantinopolitano Concilio VII. generali an. 787. est profligata.

19. *Berengariani* proveniunt à *Berengario*, Turonensi Presbytero in Gallia, qui an. 1044. docuit, in Eucharistia non esse verum reale cor-

corpus & ſanguinem Chriſti Domini. At errorem hunc moriens liberè revocavit.

20. *Waldenſes* nomen trahunt à *Waldo* Lugdunenſi, qui auditis ex Evangelio verbis: *vende omnia, & da pauperibus, ſequere me*, factus eſt circa an. 1160. ex opulento Mercatore voluntarius pauper, & tanquam illiteratus Laicus ſequentes ſparſit errores. 1. Eccleſiæ Miniſtros propria poſſidentes, peccare contra præceptum Chriſti. 2. Eccleſiam defeciſſe à tempore Sylveſtri I. 3. Spernendas eſſe indulgentias, benedictiones & alias cæremonias Eccleſiæ. 4. Non dari purgatorium. 5. Confirmationem & Extremam Unctionem non eſſe Sacramenta. 6. Sanctos non eſſe honorandos aut invocandos. 7. Nulla vera Miracula fieri in Dei Eccleſia. 8. Jejunium nullius eſſe meriti. 9. Auricularem Confeſſionem eſſe prorſus tollendam. Hic Lector videt, quàm benè Lutheranorum *pura* videlicet *doctrina* cum Waldenſium erroribus conveniat.

21. *Albigenſes* nomen traxerunt an. 1176. ab *Albia* civitacula in Toloſana Provincia ſitâ. & ejusdem farinæ ſomnia cum Waldenſibus ſomniârunt, Sancta tamen Eccleſiæ Sacramenta præcipuè exſibilârunt.

22. *Flagellantes* ſic dicti à frequentibus flagellorum ictibus. Primum quidam an. 1260. multi homines conveniebant, & ex pio quodam ardore in ſatisfactionem ſuorum peccatorum

torum terga sua flagris certatim cædebant. Mox verò, cùm id sine lege, sine modo fieret, aditus patuit superstitioni, inde etiam hæresi; dicebant enim 1. Flagellationem esse potiorem Martyriô; quia in illa sanguinem quis sponte fundit, in istô quis fundere cogitur. 2. Baptismum aquæ in Baptismum sanguinis flagellis elicitum migrâsse. 3. Evangelium ab adventu sectæ cessâsse.

23. *Wicleffistæ* originem sumunt à Joanne *Wicleff*, in Anglia Academiæ Oxoniensis (Oxfort) Theologo. Cùm Collegii Cantuariensis Præfecturam, quæ solis Monachis debebatur, invaderet, sententiâ Archiepiscopi primùm, mox Urbani V. Pontif. deturbatus est an. 1370. Actus inde in rabiem cœpit sequentes errores evomere. 1. Ecclesia Romana est Synagoga sathanæ, nec Papa est proximus & immediatus Vicarius Christi & Apostolorum. 2. Electio Bapæ à Diabolo est introducta. 3. Omnes Religiones indifferentet introductæ sunt à Diabolo. 4. Deus obedire debet Diabolo. 5. Christus non est identice & realiter in Altaris Sacramento. 6. Exterior Confessio est superflua & inutilis. Hæc aliaque scandalosissima dogmata fuerunt proscripta à Concilio Constantiensi an. 1414.

24. *Hussitæ* proveniunt à Joanne *Huss*, Sacerdote & Academiæ Pragensis Professore, qui Wicleffi venenata dogmata an. 1407. in Bohemia suscitavit, iisque nova addidit;

docendô; Communionem Eucharisticam esse necessariò sumendam sub *utraque* specie, panis scilicet & vini: item condemnationem Joannis Wickeff esse iniquam. Vocatus ad Concilium Constantiense, in eoque à Cæsare ipso monitus, ut à sua hæresi desisteret, cùm nollet, ad rogum damnatus est: ad rogum ducebatur redimitus mitrâ papyraceâ, pictis in ea dæmonibus hac cum epigraphe: *Hæresiarcha.* an. 1415.

25. *Lutherani* nomen trahunt à *Martino Luthero*, Augustiniani instituti Monacho, qui an. 1517. Wittenbergæ in Saxonia sub Leone X. Pontif. & Maximiliano I. Imp. suas hæreses, ex aliis conflatas, spargere cœpit, non alio ductus motivo, quàm quo Lucifer secum Angelos Apostatas in ruinam traxit, nimirum superbiæ & invidiæ. Cùm enim Archi-Episcopus Moguntinus potestatem, Jubilæi Indulgentias per Germaniam prædicandi, PP. Dominicanis, nimirum P. Joanni Tezelio, & non PP. Augustinianis dedisset, invidiâ accensus, & proprio suo Provinciali *Staupitio*, quem postea vehementer pœnituit, suffultus, primùm in indulgentiarum abusum intactâ substantiâ, mox in ipsas indulgentias declamare cœpit, tum pro Concione, tam propositis palam thesibus. Iisdem thesibus cùm immixtæ forent complures Orthodoxæ fidei parùm conformes opiniones, nec tamen Lutherus ab his propagnandis remitteret, à Keone X.

per Bullam excommunicatus est an. 1520. Tum verò in furias actus, & Bullam & Corpus Juris Canonici in foro publico Wittenbergæ Vulcano dedit. Quales postea hæreses Lutherus, & contradictiones docuerit, *infra* dabimus. Cæterùm vitam Lutherus finiit an. 1564. & quidem, teste P. Hosio, benè potus, dum vino sopitus, non amplius evigilavit, nisi ad dicendam causam coram supremo Judice.

*Lutheri in serendis erroribus socii fuerunt 1. Andreas *Carlstadius*, verô nomine Bodenstein. 2. Philippus *Melanchthon* græco nomine, sed suô Schwartz-Erd. 3. Joannes *Brentius*, Tubingæ Professor. 4. Lucas *Osiander*, Norimbergæ natus. 5. *Cytraus* Suevus. 6. Martinus *Chemnitius*, Brandenburgicus. Hi omnes nunquam cum Luthero ex integro in doctrina convenerunt; in hoc tamen solo consenserunt, ut Catholicam veritatem affligerent, atque Ecclesiam Christi everterent.

26. *Zvvingliani* nomen sumunt à *Zvvinglio*, Canonico Constantiensi, qui primùm Lutheri partes tenuit; mox autem iterum ab ejus doctrina discessit an. 1525. docens: 1. Panem in Eucharistia tantùm significare corpus Christi, sic, ut in forma Verborum tò *est* idem sonet, ac *significat*. 2. Culpam originalem esse naturæ morbum, non autem peccatum. 3. Hominem posse solis viribus naturalibus salvari &c. Hic Hæreticus bellô hel-

helveticô, quod ipse concitârat, occubuit an. 1531. cujus cadaver igni traditum est.

27. *Calvinistæ* ortum habent à *Joanne Calvino*, Canonico Noviodunensi in Gallia, Viro aliâs subtilis ingenii, qui, ut vitam liberiorem vivere posset, Canonicatum suum Novidunensem vendidit, & ad Evangelium Lutheranum, carnis libertatem permittens, convolavit. Parisiis virus, quod jamjam à Luthero hauserat, evomere tentavit; sed vix rogum effugit, candente tamen lilio seu stigmate humeros inustus est, ob crimen, cujus nomen aures & animus refugiunt, anno 1542. Dogmata, quæ Calvinus docuit, partim sunt Luthero communia, partim sibi propria. *Propria* sunt 1. Eucharistiæ Mysterio Christus plane non continetur, sed nuda est figura ac significatio Christi. 2. Deus est principalis auctor peccati, ita ut hoc non tantùm fieri permittat, sed possitivè nos ad id inclinet, ac illud efficiat. 3. Deus homines prædestinat ad mortem æternam, independenter ac ullis demeritis prævisis. 4. Christus in Cruce desperavit. O Doctrina diabolica! Calvinus demùm ad extrema delatus, cùm sibi moriendum sentiret, in desperationem actus furere cœpit, atque Natalibus suis, suisque studiis malè precari; huncque in modum inter blasphemias in Deum sparsas miserè periit an. 1563.

*Calvini in tam impia doctrina, qua pejorem infernus ipse excogitare nescit, socii fuerunt: 1. Joannes *Oecolampadius*, verô nomine Hauß-Schein. 2. Petrus *Martyr*, Italus. 3. Wolfgangus *Musculus*, Lotharingus. 4. Henricus *Bullingerus*, Helvetius. 5. Theodorus *Beza*, Burgundus. 6. Joannes *Buxtorffius*. 7. Joannes *Coccejus*. 8. Joannes *Dallæus*, Parisiis Præco.

28. *Indifferentistæ* vocantur, qui circa an. 1560. docuerunt, quòd quis salvari possit in quavis fide; & ideò quisque in fide, quam semel elegit, permanere debeat. Hoc adversatur Apostolo; qui ait: *Unus Deus, unum Baptisma, una fides.* ad Ephes. 4.

29. *Puritani* seu *Presbyteriani* sunt in Anglia rigidi Calvinistæ, qui Protestantibus Anglicis è diametro sunt oppositi, & nati circa an. 1565. Hi eliminant omnes Ecclesiæ Romanæ ritus; imò Catholicos ritus ita exhorrent, ut refugiant in iis locis orare, aut baptizare, quæ Catholico ritu sunt nonsecrata.

30. *Hugonotti* nomen trahunt ab *Hugone* Capeto, circa an. 1567. Hi idem sunt in Gallia, quod Calviniani in Germania. Cùm Henricus Rex Navarræ cum Margarita Caroli IX. Galliæ Regis sorore Parisiis nuptialia festa ageret, ad eaque quàm plurimi Nobiles ex Hugonotis invitarentur, Regis mandatô omnes noctu trucidati fuerunt an. 1572. Cui cædi nomen deinceps hæsit Pariser-Hochzeit.

31. *Jan-*

31. *Jansenistæ* proveniunt à *Cornelio Jansenio*, Yprensi Episcopo in Flandria. Hic Vir pius erat, ac doctus. Libros S. Augustini universim decies, illos verò, quos S. Augustinus contra hæresin Pelagianam scripsit, trigesies absolvit, & inde librum de gratia edidit, cui nomen fecit, *Augustinus*, id est, Doctrina Augustini. Hunc librum, nondum impressum amicis suis reliquit cum solemni protestatione, quòd omnia sua manuscripta judicio Ecclesiæ Catholicæ subjiciat, in qua subjectione & mortuus est, an. 1638. Postea verò liber iste an. 1641. impressus fuit, &, cùm in eo *quinque* potissimùm sententiæ, seu *propositiones*, cum Catholico dogmate subtiliter pugnantes, fuissent repertæ, ab Urbano VIII. illo adhuc anno per Bullám, quæ incipit: *in ementi*, proscriptus est.

*

Lutherus docuit Dogmata, ex aliis Hæreticis conflata.

Ex Hæretis Sæculi I.

1. Cum *Simone Mago* defendit, *hominem salvari per fidem, non per opera, neque hæc esse salutis æternæ meritoria.* Hoc S. Irenæus inter hæreses numerat L. 1. adversùs hæreses c. 20.

2. Cum *Diotrephe* negavit Lutherus, *parendum esse mandatis Apostolicis & Ecclesiasticis.* Hoc damnat Joannes Apost. Epist. 3. ad Cajum.

3. Cum *Nicolaitis* immunditiis veneris se contaminavit, quæ damnantur Apocal. 2. sub verbis: *Odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.*

Ex Hæreticis Sæculi II.

1. Cum *Basilidianis* affirmavit Lutherus *Virginitatem non esse majoris meriti, aut valoris apud Deum, quàm Conjugium.* Hoc damnatur in Concil. Roman. per Epist. Syricii Papæ ad Africanos.

2. Cum *Carpocratianis* docuit, *nullum opus esse positivè conducens ad salutem præter Fidem.* Hoc inter hæreses refert S. Epiphanius hæresi 26.

3. Cum *iisdem* dixit, *Ecclesiam Romanam defecisse, & reformatione in rebus fidei indiguisse.* Hoc inter hæreses censet S. Epiph. hæresi 26.

4. Cum *Gnosticis* ait, *fugiendum esse jejunium.* Hoc inter hæreses numerat S. Epiph. hæresi 26.

5. Cum *iisdem* docuit, *formas & materias Sacramentorum posse mutari.* Quod hæresibus accenset S. Irenæus Lib. I. de hæres. c. 17.

6. Cum *Ptolomaitis* dixit, *Præcepta Dei esse observatu impossibilia.* Quod inter hæreses censet S. Epiphanius hæresi 33.

7. Cum *Bardesamo* negavit, *in homine esse libertatem ad opera gratiæ.* Quod inter hæreses numerat S. Augustinus de hæres. c. 33. & S. Epiphanius hæresi 50.

8. Cum

8. Cum *Montanistis* ait, *Matrimonium esse solubile*. Quod hæresibus accenset Theodoretus, Epiphan. Augustinus de hæresi Montani.

Ex Hæreticis Sæculi III.

1. Cum *Tertullanistis* dixit Lutherus *ante diem Judicii nullam animam esse in Cælo Empyreo.* Quod damnatur in Concilio Florent.

2. Cum *iisdem* docuit, *Verbum Dei traditum, non esse admittendum*. Quod damnatur à Concil. Roman. sub Cornelio Pontif. item ab Antiocheno I. & Nicæno I.

3. Cum *Novatianis* negavit *Sacramentum Pænitentiæ*. Quod inter hæreses refert S. Cyprianus Lib. contra Novatianum, & damnatur in Concil. Rom. sub Cornelio Pontif.

4. Cum *iisdem* negavit *Sacramentum Confirmationis*. Quod damnatur in Concil. Hispalensi II.

5. Cum *Hirarchitis* negavit *Sacramentum Extremæ Unctionis*. Quod S. Augustinus inter hæreses refert Lib. de hæres. c. 47.

6. Cum *Abstinentibus* negavit, *abstinentiam escarum, & jejunia Ecclesiastica stare sub lege & obligatione Conscientiæ*. Quod proscribitur in Concil. Gangrensi, Bracarensi, & Tolletano.

Ex Hæreticis Sæculi IV.

1. Cum *Eustathio* docuit Lutherus *Sanctos non esse honorandos ab hominibus*. Quod damnatur in Concilio Gangrensi sub Sylvestro Papa,

2. Cum *Ærio* dixit, *Sacerdotem simplicem esse parem Episcopo in potestate.* Quod inter hæreses ponit S. Epiphanius hæresi 57. & damnatur in Concil. Hispalensi I. confirmato ab Honorio I.

3. Cum *eodem* negavit, *Orationem pro defunctis esse utilem.* Quod inter hæreses censet S. Augustinus Lib. adversùs hæreses c. 53.

4. Cum *Donatistis* ait, Ecclesiam Romanam non amplius esse veram Christi Ecclesiam; & unicè salvificam. Quod inter hæreses scribit S. Augustinus Lib. de hæresi c. 69.

5. Cum *iisdem* affirmavit, *à Papa dari appellationem ad Principum sæcularem.* Quod inter hæreses numerat S. Augustinus Epist. 68. & 162.

6. Cum *Messalianis* ait, *non Baptismum, sed fidem justificare.* Quod inter hæreses computat S. Epiphanius hæresi 57.

7. Cum *Joviniano* docuit, *omnia merita ac demerita, præmia & supplicia esse æqualia.* Quod damnatur in Concil. Mediolanensi, præsente S. Ambrosio.

8. Cum *eodem* abnegavit *jejunio rationem meriti apud Deum.* Quod proscribitur in Concil. Gangrensi.

Ex hæreticis Sæculi.

1. Cum *Vigilantio* negavit Lutherus, *Sanctos esse orandos.* Quod inter hæreses scribit S. Hieronymus in Epist. ad Desiderium, & damna-

damnatur posteà in Concil. VI. generali Constantinopoli in Trullo celebrato.

2. Cum *eodem* abnegavit *honorem & Venerationem Sanctorum Reliquiis*. Quod inter hæreses numeratur à S. Augustino Epist. 103. & proscribitur in Lateranensi sub Innocentio III.

3. Cum *Fausto Manichæo* affirmavit, *Cultores imaginum esse idololatras*. Quod S. Augustinus refert inter hæreses Lib. contra Faustum.

4. Cum *Vigilantio* dixit, *Clericos debere esse uxoratos*. Quod damnat S. Hieronymus Lib. contra Vigilantium.

* Hæc, aliaque multò plura dogmata Lutherus ex Hæreticis primorum quinque sæculorum revocavit, & docuit. Jam quæro, utrum Ecclesia primis statim quinque sæculis defecerit? Hoc utique non dicent Lutherani; quomodo enim fundata fuisset à Christo Ecclesia in petra, & sic stabilita, ut nec portæ inferi adversus eam possent prævalere, si tam citò collapsa fuisset? Si autem Ecclesia primis quinque sæculis necdum erravit, & defecit; ergò omnia dogmata, quæ tunc vera Ecclesia damnavit, & proscripsit, falsa fuerunt & hæretica. Dogmata autem, quæ Lutherus ex Hæreticis primorum quinque sæculorum revocavit, & docuit, omnia tunc temporis ab Ecclesia fuerunt damnata, & præscripta. Jam vobis, O Luthe-

rani, judicium relinquo, an vestra fides vera sit, an falsa?

*

Luther docuit Dogmata contradictoria.

1. *Circa Sacramenta in genere.*

Anno 1520. Lib. de Captiv. Babyl. scripsit Lutherus *tria* esse Sacramenta; si tamen juxta scripturam loquendum sit, esse *unum* tantùm.

Sed an. 1522. juxta locos communes Melanchthonis dixit, esse *duo*. Anno 1530. in Cathechismo, & ad Waldenses rursus scripsit, esse *duo*. In Confessione Augustana, quam Melanchthon an. 1530. Carolo V. Imp. Augustæ Vindelicorum nomine Lutheri obtulit, profitebatur, esse *tria*. Denique Lib. de potestate Papæ agnovit *septem*.

2. *Circa Baptissmum.*

Lib. de Captivit. Babyl. cap. de Baptismo, inquit: *Baptismus omnia peccata remittit.*

Econtra in Assert. Articulorum ait: *in Puero post Baptismum negare remanens peccatum, est Paulum & Christum simul conculcare.*

3. *Circa Confirmationem.*

Lib. de potest. Papæ inquit Lutherus: *Confirmatio Sacramentum est.*

Econtra Lib. de Captiv. Babyl. ait: *Mirum, quid illis in mentem venerit, quod ex impositione manuum Sacramentum Confirmationis fecerunt.*

4. Circa

4. Circa Eucharistiam.

Serm. de Eucharistia ait: *In Sacramento Altaris non est Panis & Vinum, sed species panis & Vini.* Quem sensum Catholicum etiam an. 1560. in Confessione Augustana professus est.

Sed an. 1535. à Bucero in Colloquio Marpurgensi eò adductus est, ut negaret transsubstantiationem, atque panem cum Corpore Christi præsentem esse affirmaret. Id quoque in Libro contra Regem Angliæ scripsit: *Impius & blasphemus est, si quis dicat panem transsubstantiari.*

5. Circa Adorationem Christi in Eucharistia.

Lib. de adoratione Eucharistiæ Lutherus dixit, Christum esse in Eucharistia adorandum.

Sed postea hanc sententiam mutâsse, liquet ex locis communibus Melanchthonis, & ex Confessione Wittenbergensi, ubi dixit, Christum solùm adesse in *actuali sumptione*, seu in usu, & per consequens in hostia adorandum non esse; cùm necdum adsit.

6. Circa Communionem sub utraque specie.

Lib. ad Bohemos, & de Captiv. Babyl. nec non serm. de Eucharistia disertè inquit Communionem sub utraque non esse necessariam.

Postea verò in Libro de Saxonica visitatione damnavit Communionem sub una specie;

cie; & in formula Missæ scripsit: *si quod Concilium statueret, & permitteret utramque speciem, nos nequaquam uti vellemus utrâque, sed in despectum Consilii ejusque statuti, aut unâ, aut neutrà uti vellemus, maledicturi universos, qui ex potestate aut statuto Concilii utràque uterentur.*

7. Circa Missam.

Lib. de decem præceptis Lutherus inquit: *Missas pro vivis atque defunctis valere, tota approbavit Ecclesia.*

Econtra Lib. de Captiv. Babyl. *Impiissimus usus est in Ecclesia persuadere, Missam esse opus bonum, & Sacrificium.*

8. Circa Confessionem auricularem.

Lib. de Captiv. Babyl. ait: *Confessio auricularis in Ecclesia, etsi probari non possit ex Scriptura; utilis tamen est, imò necessaria.*

Econtra serm. de decem Leprosis: *Confessio auricularis est fictio hominum.*

9. Circa Ordinem.

Lib. de potestate Papæ Lutherus inquit: *Ordo in Ecclesia DEI Sacramentum est.*

Econtrà Lib. de Captiv. Babyl. *Sacramentum Ordinis Ecclesia ignorat.*

10. Circa Matrimonium & Extremam Unctionem.

Lib. de potestate Papæ utrumque vovis Sacramentum.

Econtra Lib. de Captivit. Babyl. de utroque id ipsum negavit.

11. Cir-

11. Circa Papatum.

Lib. de potest. Papæ ait: *si potestas Papæ non esset à Deo, nec à jure divino, tamdiu subsistere non potuisset.*

Econtra Lib. de Captiv. Babyl. *Certus sum, Papatum regnum esse Babylon.*

12. Circa Ecclesiam.

Lib. de decem Præceptis ait: *Ecclesia errarè non potest.*

Econtra Lib. de Captiv. Babyl. *Ludificacatio Sathanæ est affirmare, quod Ecclesia, si quando erret, aut peccet, non sit Ecclesia.*

13. Circa Invocationem Sanctorum.

Lib. de præparat. ad mortem, & contra Thaboritas affirmavit, Sanctos esse invocandos.

Rom. 4. fol. 419. negavit, esse invocandos, vocans abu sum Anti-Christicum.

14. Circa Purgatorium.

In disputat. Lipsiensi inquit: *Non solum credo, sed etiam certissimè scio, purgatorium esse.* Idem affirmavit Tom. 7. fol. 7.

Econverso Tom. 4. fol. 419. negavit, & in Lib. de abrogatione Missæ inquit: *tutius est totum Purgatorium negare, quàm Gregorio in Dialogis credere.*

15. Circa Liberum arbitrium.

In explicatione Orationis Dominicæ ait: *Revera Deus nobis liberam voluntatem contulit, cur tu illam liberam non permittis?*

In

In assert. art. 26. *Liberum arbitrium figmentum est in rebus, seu titulus sine re.*

16. Circa Concilia Generalia.

Serm. *Attendite à falsis Prophetis* inquit Lutherus: *Sæpe nullus vir in Concilio est, qui Divinum Spiritum vel modicum olfecerit, sicut contigit in Nicæno, ubi de uxoribus Sacerdotum agebatur.*

Econtra in disputatione Lipsiensi ait: *Conciliis nihil derogo, sed omnium sacratissimum fuit Nicænum.*

17. Circa Indulgentias.

Indulgentias Pontificias admittendas esse, affirmavit Tom. 9. fol. 12. dicens germanicè: Wer wider die Wahrheit des Påbstlichen Ablaß redet, der sey ein Fluch und Vermaledeyung.

Tom. 2. fol. 260. negavit, asserens: Der Ablaß, so die Påbstliche Kirch hat, und gibt ist ein låsterliche Trügerey.

18. Circa Vota.

Vota obligare, & servanda esse affirmavit Lutherus, Tom. 6. fol. 181. Es kan niemand laugnen, daß es von GOtt gebotten sey, daß man Gelübde halte, wie die Schrifft sagt: Gelobt, und bezahlt.

Lib. de Captivit. Babyl. negavit, dicens: Wolte GOtt daß ich möchte jedermann darzu bereden, das ist, daß gäntzlich alle Gelübden hinweg gethan wurden, es seyen Gelübden der Geistlichkeiten, oder Wallfahrten, oder alle andere Werck 2c.

* Verum infinitus essem, si omnes Lutheri contradictiones adducere vellem. Videatur *Cochlæus*, qui de his integrum volumen conscripsit; imò de sola Communione sub una, vel utraque specie 36. Contradictiones invenit *Casparus Querhamer* Saxo Laicus, vivente adhuc Luthero editas.

* Ex ore suo jam condemnemus servum nequam. Ipse Lutherus adversùs *Emserum* sic scripsit: *Qui in Materia Religionis sibi ipsi adversatur, & vel in uno tantùm articulo mentitur, à Deo non est.* Jam tu Lector judica, an non Lutherus seipsum condemnet, seu an ipse cum sua doctrina ex Deo sit, qui toties sibi contradicit? Certè ab omnibus retrò sæculis vix invenies scriptorem adeò inconstantem, varium, ac toties sibimet adversantem, ac Lutherus fuerit.

* Sicut Lutherus in sua doctrina fuit varius ac inconstans; ita etiam erant ejusdem Discipuli, qui suo Magistro modò adhæserunt, modò recesserunt. Quivis pro suo ingenio scripturam explicavit, eamque explicationem, regulam certam fidei & infallibilem tenuit. Quilibet, quod libuit, credidit: quod non libuit, damnavit, adeò ut Georgius Dux Saxoniæ dixerit: *Lutherani hodie nesciunt, quidnam die crastino sint credituri.*

* Objiciunt hìc Lutherani circa variam doctrinam Lutheri: Lutherus initiò fuit adhuc Semi-Papista, adhuc imperfectus, necdum plane

plane illuminatus; ergo si aliqua perperam docuit primis suæ Reformationis annis, præjudicare ea non debent posterioribus ejus doctrinis, quando plus jam hausit luminis.

Respondemus cum *P. Pichler*, hoc effugium omninò vanum esse & ridicolum; & quidem:

1. Quia est contra morem Dei, mittere Prophetam nondum satis illuminatum ad tollendos errores, & ab erroribus nondum liberatum.

2. Quia sic Lutherus saltem primis annis falsam ac damnabilem doctrinam tradidit, atque sic multa animarum millia pervertit, ac in exitium traxit.

3. Quia non constat, quo tempore Lutherus fuerit plenè illuminatus, & ab omni errore liberatus: quid si id nunquam factum esset? certè quamdiu vixit, sibi contradixit, & mutavit, probabiliter mutaturus diutiùs, si vita superstes fuisset.

4. Quia Lutherus ipse contra hanc excusationem protestatur Tom. 2. fol. 106. Ubi omnes arguit mendacii, qui prætendunt, eum initiò nimis favisse Papatui, & docuisse errores, cùm sciat, sua dogmata se accepisse è Cœlo, & nunquam fuisse immutata, nec unquam à se immutanda. Igitur Lutherus vel hîc mentitur, vel malè excusatur à suis.

* Quid

★

Quid in disputationibus cum Hæreticis observandum.

1. Cum hæreticis ne facilè disputa. Si enim ille, quocum disputas, hæreticus est *materialis*, & bona fide putat, se non errare; timendum est ne ex materiali peccatore formalem facias. Si *pertinax* est, non expedit cum ipso disputare, cùm nulla sit spes fructus.

2. In omni disputatione formâ *syllogistica* utere; quia vix efficacius est medium ad Hæreticorum perficaciam & audaciam reprimendam; unde si ipsi sine ordine & formâ argumenta proponant, mox ea in Syllogisticam formam redige; sic enim facilè eorum inefficaciam & falsitatem ostendes.

3. Nec sinas hæreticos, uti pro innata levitate solent, pro libitu ab una ad alteram materiam saltare, sed acriter urge, ut in eadem controversia maneant, donec plenè sit discussa.

4. Onus probationis semper in ipsos rejice; quia nos Catholici in possessione sumus; utpote nos plusquam 1500. annis inauditam eorum fidem in possessione veræ fidei perstitimus. Pro nobis stant omnia Præjudicia, videlicet 1. Promissio Christi. 2. Infallibilia signa veræ Ecclesiæ. 13. Indubitata prodigia & Miracula. 4. Conversio infidelium & Gentilium. 5. Sanguis Martyrum pro fide prodigè effusus, & alia quam plurima.

5. Si Adversarius tuus contra te *aggressivè* disputat, atque aliud ex sola Scriptura probat, ipsius argumentum statim in cunis suffocare facillimè poteris, si nempe in dubium vocaveris, vel ipsi negaveris unum, vel plura ex sequentibus capitibus 1. Quod *detur* S. Scriptura. 2. Quod Acatholici habeant verum *Canonem*, seu Catalogum Librorum canonicorum. 3. Quod habeant veram *versionem*. 4. Quod habeant Scripturam omninò *incorruptam*. 5. Quod habeant genuinum *sensum* & intellectum S. Scripturæ. Hæc omnia, si negas, uti negare potes, cùm non sint per se nota & evidentia, Adversarium ita constringes, ut pergere, & vel unicum articulum v. g. de numero Sacramentorum &c. contra nos probare nullatenus possit, siquidem in suis principiis nullum argumentum adducere potest, nisi ex S. Scriptura.

6. Si tu ipse contra Adversarium *aggressivè* disputas consultum est, ut non facilè descendas ad materias particulares v. g. de Purgatorio, Confessione auriculari &c. sed ut sistas in principiis generalibus. In hunc finem optimè tibi servient sequentes Syllogismi, & Dilemata, ex quibus seligere potes; quæ tibi magis arrident.

Syllogismi contra Adversarios.

1. Adversarii nostri semper clamant: *Scripturam, Scripturam; & quidquid non est in Sacra Scriptura clarè scriptum, credi non debet.* Sic

Sic ergò: Quidquid non est clarè scriptum in S. Scriptura, credi non debet; sed quòd *Traditum DEI* verbum, Dei verbum non sit: quòd Ecclesia errare & falli potuerit: quòd Doctrina Catholica de Missæ Sacrificio, Purgatorio &c. falsa sit, non est clarè scriptum in S. Scriptura; ergò credi non debet.

2. Nihil est credendum, quod non clarè continetur in S. Scriptura; atqui illud: *Martinus Luther verus est Ecclesiæ Reformator, verique Evangelii conditor infallibilis, & Doctrina Lutheri est vera ac certa*, non clarè continetur in S. Scriptura; ergò non est credendum.

3. Illa Ecclesia est vera, cui conveniunt notæ & signa veræ Ecclesiæ: econtra falsa illa, cui non conveniunt; atqui Ecclesiæ Romano-Catholicæ, etiam modernæ conveniunt hæ notæ & signa; nulli autem alteri; ergò sola Ecclesia Romano-Catholica est vera. Nam omnes, etiam Acatholici docent, quòd vera Ecclesia Christi debeat esse *Una, Sancta, Catholica*, & *Apostolica*. Hæc autem quatuor signa solùm inveniuntur in Ecclesia Catholica, uti Catholici facillimè probare possunt.

4. Illa Religio evidenter falsa est, quæ continet hæreses à primitiva Ecclesia olim damnatas, sed tales continet Religio Lutherana; ergo Religio Lutherana est evidenter falsa. Quòd autem Religio Lutherana hæreses con-

tineat à primitiva Ecclesia damnatas, videbis supra.

5. Illa Ecclesia est infallibiliter vera, quæ est infallibilis custos Sacræ Scripturæ; sed Ecclesia Romana est infalibilis Custos Sacræ Scripturæ; ergo Ecclesia Romana est infallibiliter vera. Si verò Romana Ecclesia non foret infallibilis in custodienda S. Scriptura, nulla profectò esset in mundo S. Scriptura, cui fides infallibilis ac Divina posset adhiberi.

6. Si Ecclesia Romana potuit deficere, ut volunt Acatholici, tunc nulla defactò est certa in mundo Christi Ecclesia; sed hoc est apertè falsum, quò non detur certa in mundo Christi Ecclesia; ergò Ecclesia Romana non potuit deficere.

7. Si aliquid est verum in Mundo, est verus Deus; si verus est Deus, est etiam verax, ut mentiri non possit, si est verax, ut mentiri non possit, nequit miraculis testari falsum; si nequit miraculis testari fallum, fides Romano-Catholica, quam Deus innumeris testatur miraculis, est vera; ergò si aliquid in mundo est verum, est vera fides Romano-Catholica.

Dilemata contra Adversarios.

1. Vel Ecclesia Lutherana, Calviniana &c. est nova, vel antiqua? si *nova*; ergò non est Ecclesia à Christo fundata, si *antiqua*; ubi ergo fuit ante Lutherum, Calvinum per tot sæcula? Quis Historicorum ejus meminit? quis unquam Catholicorum ante hos Novatores ita credidit?

2. V

2. Vel Ecclesia Christi est fallibis, vel infallibilis? si *infallibilis*; ergò Romana Ecclesia, quæ etiam juxta Lutheranos aliquando fuit Ecclesia Christi, adhuc est vera Ecclesia Christi, quia nunquam errare potuit. Si *fallibilis*; ergo etiam Lutherana Ecclesia est fallibilis; si fallibilis, ergo nunquam Lutherani possunt esse certi, utrum rectè credant; consequenter non possunt habere fidem firmam & certam: adeóque nec divinam, quæ debet tam objectivè quàm subjectivè esse certissima, *Vel sic*:

3. Vera Christi Ecclesia potéstne deficere in rebus fidei, an non? si deficere *non* potest; quomodo ergo deficere potuit Ecclesia Romana, quæ ab initio fuit vera Ecclesia, etiam ex confessione Acatholicorum? si deficere potest; quomodo ergò constat, Ecclesiam Lutheranam nondum defecisse; cùm etiam, positô, quòd vera sit, deficere hactenùs potuerit, & adhuc possit.

4. Lutherani credunt non dari *Purgatorium*, non esse *verum Papam*, non *veram Missam*, & alios articulos negativos. Jam quæro, an hi articuli sint expressi in S. Scriptura, an non? Si sint expressi; ergo ostendant Lutherani locum ex S.Scriptura, ubi exprimitur, quòd non detur Purgatorium &c. Si *non* sint expressi; quomodò, quæso, illos credere possunt; cùm tamen juxta eos nihil credendum sit, quod non est expressum in S. Scriptura.

 5. Vel

5. Vel possunt homines salvari in Ecclesia Romana, vel non possunt? si possunt: ergò Lutherus, Calvinus & eorum asseclæ egressi sunt de Ecclesia salvifica, & pessimè eam deseruerunt cum tanto Reipublicæ & pacis detrimento &c. Si *non* possunt; ergo omnes per 12. vel plura sæcula fuerunt damnati, etiam tot Martyres pro Christo passi, etiam Augustinus, Benedictus, Bernardus, Dominicus, Franciscus, Antonius, alii innumeri, etiam miraculis conspicui &c. quos & ipsi Acatholici *Sanctos* vocant.

6. Ecclesia Romana éstne infallibilis Custos Verbi Divini Scripti, an non? Si est; cur ergo in aliis falli possit? si verò *non* est infallibilis; ergo Acatholici non sunt certi, an habeant veram & Canonicam Scripturam, quia eam ab Ecclesia Romana acceperunt.

7. Verbum Scriptum éstne unica regula credendorum, an non? Si *non* est; ergò debet alia adhuc regula admitti præter hanc. Si est; quænam ergò regula Acatholicis dictat, quod existentiam Verbi Divini Scripti debeant credere, aut quæ dictat, quòd potiùs credere debeant Evangelio Matthæi, quàm Nicodemi?

8. Lutherani credunt, non esse verum Papam, non veram Missam, non Purgatorium, & alios articulos negativos. Quæro, an hi articuli sint expressi in S. Scriptura, an non? Si sunt expressi; ubi ergo est ille locus,

sine

ſine quo nihil eſſe credendum dicunt. Si *non* ſunt expreſſi: ergo Scriptura non eſt unica regula credendorum.

9. Corpus Evangelicum ex Lutheranis, Calvinianis, Zvvinglianis, & aliis hujus generis ſectis adunatum contra Romanam Eccleſiam, èſtne in omnibus membris ſalvificum, an non? Si *non* eſt; cur ergo Lutherani potiùs unionem faciunt cum Calvinianis, quos non credunt ſalvari, quàm cum Romano-Catholicis? ſi eſt; ergo Calviniana fides eſt æque vera, cum hæc ſolo ſit ſalvifica, & ſic contradictoria erunt ſimul vera; Lutheranus enim credit realem Chriſti *præſentiam* in Euchariſtia pro *actuali uſu*: Calviniſta verò credit realem Chriſti *abſentiam* in Euchariſtia pro *eodem uſu*.

10. Si Acatholici dicunt, Calviniſtas & Lutheranos differre tantùm in articulis accidentalibus; non verò eſſentialibus ſeu fundamentalibus. Quæro, an illi articuli, quos vocant accidentales, contineantur in Scriptura, vel non? Si continentur; ergo Scriptura continet contradictoria, dum Lutheranis dictat, Chriſtum eſſe realiter præſentem in ſumptione, & Calviniſtis negat, eſſe præſentem. Si *non* continentur; ergo Scriptura non eſt regula omnium credendorum.

Item ſi continentur; ergò ſunt articuli eſſentiales; quia quodvis verbum Dei eſt æqualiter credendum; cùm Deus in quovis verbo

 ſit

sit æqualis authoritatis. Si *non* continentur; ergò proponant Acatholici aliquid credendum, quod Deus in Scriptura non revelavit.

11. Vel *Arius* dicendô, Christum esse minorem Patre, erravit vel non? Si *non* erravit; ergo Christus non est Deus. Si erravit; ergo sola Scriptura non est unica regula credendi; cùm hæc pro *Ario* expressè dicat: *Pater major me est*. Joan. 14 & quandò dicit: *Ego & Pater unum sumus*. Joan. 10. loquitur juxta *Arium* de morali unitate voluntatis: nec possunt Lutherani ullum articulum suæ Religioni proprium, tam sonante Scripturæ testimonium firmare, ùt *Arius* errorem suum.

12. Donum miraculorum vel est certum signum veræ fidei, vel non est? si Acatholici dicunt, *non* esse, jam accusant Christum fraudis & imposturæ; utpote qui miracula pro certo signo veræ fidei proposuit, dum Joanni interroganti, an ipse credendus sit Messias in lege exspectatus, an non? nihil aliud responderi iussit, quàm hoc Matth. 11. expressum: *Euntes renunciate Joanni: cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, mortui resurgunt &c.* Si autem donum miraculorum est certum signum veræ fidei; ergò fides Romanæ Ecclesiæ est vera, utpote quæ, & quidem sola, innumeris miraculis à Deo honoratur, & confirmatur usque in præsentem diem.

Quæres, si Lutheri hæresis tam mendax est; cur ea tam facilè potuit propagari?

1. Quia Lutherus Principibus & Civitatibus bona Ecclesiarum, & Monasteriorum permisit.

2. Quia Connubia Sacerdotibus concessit.

3. Quia singulis libertatem permisit, credendi, quid quisque vellet.

4. Quia Monachos à votis Religiosis liberos pronuntiavit.

5. Quia Confessionem auricularem abrogavit, docens, peccata non esse aperienda necessariò in Confessionali.

6. Quia metum Purgatorii ignis eliminavit, docendô, non dari Purgatorium.

7. Quia cuilibet liberrimam & licentiosam vitam concessit, docendô, Mandata Dei nec posse, nec debere observari: nulla opera bona requiri ad salutem, sed *solam* fidem sufficere &c.

8. Quia homines tempore Lutheri nimis rudes erant, & ad prava quæcunque pronissimi.

Quid igitur mirum, si apud homines exiguæ pietatis & nullius ferè scientiæ, fidem invenerit tam grata Religio? imò longè magis mirum videtur, quòd non tota Germania adhæserit tam blandæ Sectæ, avaris Principibus ecclesiasticos reditus, lascivis Sacerdotibus uxores, petulanti populo libertatem propinanti. Quod benè agnovit *Brochmannus* Præco Coppenhagensis, dum dixit:

Luther gab den Fürsten die Stifft, Clöster und Abbteyen: den Priestern gab er die Weiber: dem gemeinen Mann die Freyheit; und das thate viel zur Sach.

§. 10.

Initia Conciliorum Legitimorum Generalium.

Nicænum I. an. Christ. 325. celebratum est in Urbe *Nicæa* in Bithynia sub Pontifice *Sylvestro*, & Imperatore *Constantino Magno*. Patres aderant 318. inter quos præsidebat *Hosius* Episcopus Cordubensis, Papæ legatus. Comparuit & ipse Constantinus Imp. tanta cum reverentia, ut non priùs in parva sella aurea ipsi in loco superiori paratâ assidere voluerit, quàm Episcopi innuissent. In hoc Concilio damnata est hæresis Arii, qui Christo negabat Divinitatem; & compositum est Symbolum illud, quod *Nicænum* dicitur, *Credo in unum Deum &c.*

2. *Constantinopolitanum I.* celebratum est an. 381. sub Papa *Damaso*, & Imperatore *Theodosio* Seniore. Patres Catholici aderant 150. Macedoniani verò, seu Semi-Ariani 36. Nec Papa per se, nec per Legatos præsidebat; confirmavit tamen quoad res fidei. In hoc Concilio damnata est hæresis Macedonii, qui negabat Divinitatem Spiritui Sancto, & confirmata Synodus Nicæna.

3. *Ephe-*

3. *Ephesinum I.* celebratum est an. 430. sub Papa *Cœlestino*, Imperatore *Theodosio* Juniore & *Valentiniano III.* Patres aderant 200. inter quos præsidebat Cyrillus Archi-Episcopus Alexandrinus, & alii Papæ Legati. In hoc Concilio damnata est hæresis Nestorii, qui duas in Christo personas admittebat, & ideò B. Virginem non *Deiparam*, sed *Christiparam* solùm dici volebat, eó quòd solùm humanum Christi personam genuisset. Contra quem errorem in Salutatione Angelica addita sunt hæc verba: *Mater Dei ora &c.*

4. *Chalcedonense I.* celebratum est an 451. sub *Leone I.* Papa, & *Marciano* Imperatore Aderant Episcopi 230. Condemnata est Hæresis Eutychetis, & Dioscori, qui negabant naturam humanam in Christo; adeóque unam tantùm naturam in Christo admittebant, nempe Divinam.

6. *Constantinopolitanum II.* celebratum est an. 553. sub *Vigilio* Papa, & *Justiniano* Imperatore. Episcopi aderant 160. Damnata est hæresis Origenis, & tria capitula Theodori, Theodoreti & Ibæ Episcoporum, non illorum personæ.

6. *Constantinopolitanum III.* celebratum est an. 681. sub *Agathone* Papa, & *Constantino IV.* Imperatore, Episcopi aderant 289. Stabilita est duplex voluntas Christi, Divina & Humana contra Monothelitas, qui unam tantùm in Christo voluntatem esse dicebant.

7. Ni-

7. *Nicænum II.* celebratum eſt an. 787. ſub *Adriano I.* Papa & *Conſtantino VI.* Imperatore Epiſcopi aderant 367. Damnata eſt hæreſis Iconoclaſtarum, Leonis Iſaurici & Conſtantini Copronymi Imperatorum, qui ſacras Chriſti & Sanctorum Imagines omni honore ſpoliabant.

8. *Conſtantinopolitanum IV.* celebratum eſt an. 869. ſub *Adriano II.* Papa, & *Baſilio* Imperatore. Epiſcopi aderant 202. In hoc Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus per vim intruſus, rejectus eſt, & reſtitutus Ignatius. Iconomachi denuò damnati.

9. *Lateranenſe I.* ſic dictum à Palatio Lateranenſi Romæ, celebratum eſt an. 1122. ſub *Calliſto II.* Papa, & *Henrico V.* Imperatore. Epiſcopi aderant 300. præſidente ipſo Papâ. Deliberatum fuit de recuperanda Terra Sancta, & Concordiâ inter Sedem Romanam ac Imperatorem, qui jura Eccleſiæ uſurpaverat.

10. *Lateranenſe II.* celebratum eſt an. 1139. ſub *Innocentio II.* Papa & *Conrado III.* Imperatore. Epiſcopi & Abbates aderant 1000. Præſidente ipſo Papa. Contra Hæreticos volentes, non eſſe baptizandos infantes ante uſum rationis. Contra Anti-Papas Anacletum, & Victorem. Pro jure Cleri, & reformatione morum.

11. *Lateranenſe III.* celebratum eſt an. 1179. ſub *Alexandro III.* Papa & *Friderico I.* Imperatore. Aderant Epiſcopi 300. Præſidente ipſo Papa.

Papa. Contra Hæreticos Albigenſes & Waldenſes, quorum priores negabant liberum arbitrium hominis, præter alios errores. Multa quoque ſtatuta ſunt pro Electione Papæ & reformatione morum.

12. Lateranenſe *IV.* celebratum eſt anno 1215. ſub *Innocentio III.* Papa, & *Friderico II.* Imperatore. Epiſcopi aderant 400. Prælati minores 800. præſidente ipſo Papâ. Ad hæreſes Almarici profligandas, contra quem ſtabilita eſt Transſubſtantiatio &c. Dein pro bello contra Turcas ineundo, & pro reformandis moribus Eccleſiæ.

13. *Lugdunenſe I.* in Gallia celebratum eſt an. 1245. ſub *Innocentio IV.* Epiſcopi aderant 140. præſidente ipſo Papâ. In hoc excommunicatus & depoſitus eſt Fridericus II. ſeu *Barbaroſſa*, Papæ rebellis, & Eccleſiæ perſecutor. Decreta quoque eſt expeditio in Terram Sanctam, ubi S. Ludovicus deſignatus fuit Dux hujus expeditionis.

14. *Lugdunenſe II.* celebratum eſt an. 1274. ſub *Gregorio X.* Papa, & *Rudolpho I.* Imperatore. Aderant Epiſcopi 500. præſidente ipſo Papa ad Tollendum Schiſma & errores Græcorum, qui dicunt, Spiritum Sanctum non procedere à filio, ſed à ſolo Patre. Facta eſt quoque unio cum Græcis, quorum Imperator *Michael Palæologus* ipſemet erat præſens.

15. *Vien-*

15. *Viennense* in Galliis celebratum est anno 1311. sub *Clemente V.* Papa (qui Avenione in Gallia sedem locavit) & *Henrico VII.* Imperatore. Aderant Episcopi 300. Præsidente iterum Papa. Damnatæ sunt hæreses Beguardorum Beguinorum & Fratricellorum. Extinctus est Ordo *Templariorum* ob varia scelera. Actum rursùs est de expeditione in terram Sanctam.

16. *Constantinense*, Constantiæ ad Lacum Bodamicum in Germania inchoatum est anno 1414. sub nullo vero Pontifice, sed postea in Sess. 6. approbatum à Papa *Martino V.* ibidem electo, & sub *Sigismundo* Imperatore: finitum an. 1418. sub Martino V. Aderant Episcopi 510. Si annumerentur Cardinales 29. Abbates 164. &c. ad tollendum Schisma trium Pontificum, è quibus Gregorius XII. & Joannes XXIII. se spontè abdicârunt; at Benedictus XIII. seu Petrus de Luna depositus est, 30. annos pervicax. Condemnatæ sunt quoque hæreses Wicleffi, & Joannis Huss, qui & ibidem vivus combustus est. Hoc Concilium approbatum est à Martino V. excepta Sess. IV. & V. quæ Papam subjiciunt Concilio.

17. *Florentium I.* celebratum est an. 1438. sub *Eugenio IV.* Papa, & *Alberto* Imperatore. Episcopi aderant 140. præsidente ipso Papâ. Contra errores Græcorum, quorum Imperator *Joannes Palæologus* Præses erat, facta

facta est unio Græcorum cum Latinis, sed illi post reditum in Græciam, ad pristinos errores redierunt.

18. *Lateranense V.* inchoatum est an. 1512. sub *Julio II.* absolutum verò an. 1517. sub Leona X. Pap. Aderant Episcopi 93. absentibus Gallis ob Pisanum Concilium 1511. habitum, ad quod tollendum hic est actum: & pro defensione immortalitatis animæ contra quosdam Philosophos. Decreta quoque est expeditio contra Turcas; at eam impedivit seditio Lutheri.

19. *Tridentium*, Tridenti in Germania 13. Decembr. an. 1545. sub *Paulo III.* Papa & *Carolo V.* Imperatore inchoatum est, Bononiæ continuatum, & tandem Tridenti sub Pio IV. an. 1563. absolutum, adeóque hoc Concilium duravit 18. annos. Aderant Episcopi & Abbates 303. præsidentibus legatis Papæ, non tamen semper iisdem. Damnati sunt in eo Lutherani & Sacramentarii, aliique Sectarii. Reformati mores, præsertim in Clero, qui erant valde corrupti. Sanè in nullo alio Concilio tam multi fidei articuli adeo clarè elucidati, & morum disciplina tam sedulò instaurata est, quam in Tridentino. Lutherani quidem à Paulo III. Papa ad id perhumaniter fuerunt invitati; ast nemo illorum comparuit; cum tamen Lutherus antea sæpiùs ad concilium Generale provocàrit.

§. 11.

§. II.

Initia Rerum Miscellanearum.

1. Æra Christiana.

Æra Christiana, seu *Mos*, quo anni à Nativitate Christi numerantur, primum inventus est à *Dionysio Exiguo*, Romæ Benedictino anno 582. Et hæc dicitur *Æra vulgaris*. Verùm Dionysius hîc erravit; putavit enim, à vero Christi Natali ad annum illum, quo suum inventum excogitavit, elapsos esse annos 532. cùm tamen jam fuissent elapsi anni omninò 536. Itaque *Æra vulgaris*, seu *Dionysiana* à verò Christi Natali distat *quatuor* annîs tardius. Unde hodie deberemus numerare 1754. quamvis juxta æram vulgarem, seu Dionysianam nonnisi 1750. numeremus. Sed error iste, ob morem receptum, corrigi non potest.

2. Titulus Christianissimæ Reipublicæ.

Hoc titulô insignita est *Respublica Veneta* ab Honorio I. Pontifice an. 630.

3. Titulus Christianissimi Regis.

Hîc titulus datus est *Clodovæo* Regi Galliæ an. 49?. cùm à Remigio Episcopo baptizatus fuit, ampullâ chrismatis ore columbæ cœlitùs advenientis allata; eò quòd post Romanos Imperatores primus Christianus Rex esset.

4. *Titu-*

4. *Titulus Catholici Regis.*

Hic Titulus primùm concessus est *Recaredo* Hispaniæ Regi in Concilio III. Toletano an. 590. eò quòd Arianos ex Hispania exturbârit. Hic Titulus, cum in oblivionem venisset, renovatus est in Ferdinando V. anno 1481. eò quòd Mauros seu Saracenos omni Hispania, qui hoc Regnum 700. annos possederunt, depulerit.

5. *Titulus Regis fidelissimi.*

Hunc Titulum à Benedicto XIV. Pontifice primus ob merita & in Apostolicam sedem pietatem obtinuit Joannes V. hodiernus Rex Portugalliæ an. 1749.

6. *Titulus Defensoris fidei.*

Hoc Titulô à Leone X. Papâ insignitus fuit Henricus VIII. Rex Angliæ an. 1519. eò quòd fidem Catholicam acerrimè defenderit, atque Librum aliquem de septem Sacramentis contra ipsum Lutherum scripserit. At etiam Henricus postea in transversum actus, à Pontificis obedientia palàm descivit; non veritatis ergò aut virtutis, sed libidinis atque ambitionis, atque adeò hic titulus cum illo exspiravit.

7. *Titulus Cardinalium.*

Titulus *Eminentissimorum* Cardinalibus datus est ab Urbano VIII. Pontifice an. 1630. Priùs vocabantur illustrissimi & Reverendissimi.

8. *Solemnis Canonizatio.*

Hæc primùm introducta est an. 800. qua

Werdæ præsente Carolo Magno à Leone III. ex Ordine S. Benedicti, qui primus Pontificum in Germaniam venit, in Sanctorum Numerum adscriptus est *Suitbertus* Benedictinus, primus Werdeæ Cæsareæ Episcopus. Antea illis Sanctorum honores delati sunt, quos Episcopi locorum & populus *Sanctos* proclamârunt: *Vox populi, vox Dei.* Postea Summi Pontifices decreverunt, nemini deinceps Sanctorum honores esse deferendos, nisi in quorum vitam & miracula inquisisset summa Sedes adhibitis aliis cautelis ac cæremoniis.

9. *Coronatio Imperatorum.*

Hæc primùm inducta est an. 800. Hoc enim annô primus Romæ in Imperatorem Occidentis à Leone III. festô Nativitatis Dominî sub noctem coronatus est *Carolus Magnus*, ejusque Filius *Pipinus*, Italiæ Rex impositâ pariter coronâ confirmatus est. Postea Leo Germaniam petiit, & Suitbertum, ùt supra diximus, inter Sanctos numeravit. Solita Imperatorum coronatio cum Carolo V. exspiravit; is enim postremus fuit, qui à Summo Pontifice fuit coronatus an. 1530. Unde Imperatores non amplius *coronati*, sed *electi* vocitantur.

10. *Electio Imperatoris.*

Primus per Bullam, à Concilio Episcoporum etiam laudatam, jus eligendi Romanorum Imperatorem solis Germaniæ Viris Principi-

cipibus concessit Gregorius V. Germanus, Ottonis Suevorum ac Saxonum Ducis Filius, ex Ord. S. Ben. an. 996. atque insuper Septemvirûm Germanici Imperii, seu Electorum Collegium constituit. Idque satis probant contra nonnullos, qui longè aliter sentiunt, hi sequentes antiquissimi Versus:

Moguntiensis, Trevirensis, Colloniensis,
Quilibet Imperii sit Cancellarius horum;
Est Palatinus Dapifer; Dux portitor ensis;
Marchio Præpositus Cameræ; Pincerna Boëmus,
Hi statuunt Dominum cunctis per sæcula summum.

Von Maynz, Trier, Cölln auserkohrn;
Ist jeder des Reichs Cantzler worn.
Pfaltzgraf Truchseß: Sachs tragt das Schwerdt:
Cammer-Herr ist der Marggraf werth;
König von Böhmen Schenck zugleich,
Erwählen den Kayser im Reich.

11. Divisio Imperii Germanici.

Hæc divisio facta est à *Maximiliano I.* Imperatore, qui primò quidem divisit hoc Imperium in sex Provincias an. 1500. pòst verò in *decem circulos* an. 512.

12. Consilium Imperiale Aulicum.

Consilium Imperiale Aulicum (Reichs-Hof-Rath) est antiquissimum, & semper ab Imperatoribus suâ in Curia habitum. Modum tamen certum illi præfixit Ferdinandus I. an. 1549. deinde Maximilianus II. an. 1596.

Mathias an. 1614. Ferdinandus III. an. 1654. Hujus Consilii *Cancellarius* est ipse Elector Moguntinus, qui semper ibi suum habet Vice-Cancellarium. *Consiliarii* sunt 18. quorum sex per Westphalica pacta, debent esse Acatholici. Ad hoc Tribunal spectant omnes controversiæ inter status, nisi Cæsari specialiter sint reservatæ, ùt investituræ &c. *Ab* hoc non potest appellari, nec ad Cæsarem, nisi per modum *supplicationis*.

13. *Interregnum Magnum.*

Postquam Fridericus II. Imperator an. 1244. fuit exautoratus, varii Principes ad Regios honores fuerunt invitati, qui autem hoc onus aut noluerunt, aut nequiverunt in se suscipere. Unde natum est *Interregnum Magnum*, quod à Friderico exautorato usque ad electionem Rudolphi Habspurg. nimirum ad an. 1273. & sic 28. annos durabat.

14. *Diffidationes.* Faust-Recht.

Hæ diffidationes incepêrunt sub interregno Magno à Friderico II. exautorato, nempe ab an. 1245. & durabant usque ad an. 1295. eo enim tempore Maximilianus I. Imperator has diffidationes per pacem publicam (Land-Frieden) abrogavit, quam postea Carolus V. Imp. an. 1521. invocavit sub nomine weitere Erklärung des Land-Friedens. Tempore diffidationum quilibet jus suum contra vicinum propriis armis quærere solebat, ita, ut totô Imperiô nil nisi ingens latrocinium grassaretur.

tur. Unde Nobiles quàm plurimi in summis Montium, ut tuti forent, condiderunt arces, quarum Rudera, ùt vocant, hodiedum passim videmus.

15. *Judicium Cameræ Imperialis.*

Hoc judicium primus instituit *Maximilianus I.* Imp. in Comitiis Wormatiensibus, postquam sustulisset diffidationes, an. 1495. idque eâ ex causa, ne cuiquam de negata justitia quærendi locus superesset. Illud Judicium autem primò erectum est Francofurti, deinde an. 1500. Norimbergæ, paulò pòst Wormatiæ, denique an. 1530. Spiræ stabilitum, at ob Gallorum incursiones Wezlariam translatum est ar. 169 . Ab hac Imperiali Camera non potest appellari, nec ad Judic um Imperiale Aulicum, nec ad Imperatorem ipsum. Si tamen quis se læsum putet in causa, quæ saltem 2000. Imperialium æstimaretur, datur *Revisionis* medium ubi demùm litigio summa manus imponitur authoritate Cæsaris.

46. *Judicium Rotbvilanum*, Rothweil.

Hoc Judicium primus instituit *Conradus III.* Imp. sub an 1147. In Congressu Westphalico deliberatum fuit de eo abolendo; at Cæsar in Comitiis an. 1653. illud iterum confirmavit. Potestas ejus valde exigua est.

15. *Comitia Ratisbonæ.*

Hæc Comitia (Reichs-Tag) primus instituit *Leopoldus I.* Imperator an. 1662. quæ in hunc usque diem perdurant; nec facilè aut sine pe-

riculo solventur. Hic non possunt tractari Jura Majestatica, aut Reservata Cæsaris, nec causæ privatæ Statuum; publicæ, nempe Bella, Fædera, Res monetaria, Expeditiones in Turcam &c.

18. Lex Salica.

Hanc legem primus condidit *Pharamundus*, primus Rex Galliæ an. 425. Vi cujus nulla in Gallia fœmina ad regendum admitti potest; unde natum est commune hoc adagium: *Lilia non nent.*

19. Aurea Bulla.

Hanc Bullam condidit Norimbergæ *Carolus IV.* Imperator & Rex Bohemiæ an. 1356. qua Imperator Electoribus multa concessit de imperatoria etiam potestate. Hæc Bulla ut observetur, urgent præcipuè Electores in omnibus Capitulationibus. Dicitur *Aurea Bulla*, quia appensam sibi habet capsulam seu Bullam auream, quæ Sigillum Imperatorium exhibet. Hodie asservatur Françofurti in Curia.

20. Capitulatio Cæsarea.

Capitulatio consistit in iis conditionibus quæ Imperatori eligendo proponuntur; quas & Imperator postea exactè observare debet. Prima Capitulatio causa est in Electione Caroli V. an. 1519. Cùm enim Carolus præter ditiones Austriacas, etiam Regnum Hispanicum teneret, Electores aliique Germaniæ Principes, præsertim A catholici sibi metuebant; ne tam potens Imperator eorum liber-

bertatem & potestatem restringeret; itaque eligendo Carolo multæ propositæ sunt conditiones, quas & jurejurandô firmare debuit. Idquegenus Capitulandi hactenùs in morem abiit.

21. *Transactio Passaviensis.*

Hæc transactio absente Carolo V. Imp. facta est Passavii an. 1552. ubi præsente Ferdinando I. Rom. Rege, Caroli V. Imperatoris Fratre in has conditiones conventum est, 1. *Ut Principibus Lutheranis in perpetuam possessionem crederent Bona Catholicarum Ecclesiarum ab ipsis direpta.* 2. *Ut in judicio quoque Cameræ Imperialis non solùm deinceps Catholici Assessores agerent, sed etiam Lutherani &c.*

22. *Pax Religiosa.*

Hæc Pax iterum absente Carolo V. Imp. condita est in Comitiis Augustanis an. 1555. qua 1. concessum est Lutheranis publicum per totum Imperium suæ sectæ exercitium. 2. Bona Catholicarum Ecclesiarum fuerunt eisdem adjudicata &c. Huic paci Carolus quidem nunquam; Ferdinandus verò ejus Frater cum lacrymis subscripsit.

24. *Concordata Germaniæ.*

Hæc Concordata erecta sunt inter Nicolaum V. Pontificem, & Fridericum III. Imperatorem: an. 1448. Vi quorum omnes ad Episcopatus electiones à Summo Pontifice confirmari debent. Item potest Summus Pon-

tifex in Germania omnes Canonicatus conferre, si hi vacant in Mensibus Papalibus &c. Menses Papales sunt *Januarius*, *Martius*, *Majus*, *Julius*, *September*, & *November*; cæteri Menses sunt Episcopales, & spectant ad Episcopos.

24. *Concordata Galliæ.*

Hæc erecta sunt inter Franciscum I. *Galliæ* Regem, & Leonem X. Pontificem an. 1515. Vi quorum Rex Galliæ ad omnia beneficia Ecclesiastica in Gallia aliquam personam nominare potest. Debet autem hæc nominatio intra 6. Menses à die Vocationis fieri & Romam mitti, quam & postea Summus Pontifex per Bullam confirmare solet.

25. *Bellum Hussitarum.*

Hussitæ (Bohemi hæretici) mortem Hussi Hæresiarchæ vindicaturi, contra Sigismundum Imperatorem rebellare cœperunt anno 1419. Eorum Dux erat Joannes Zisca, qui utroque licèt lumine orbatus, pugnavit tamen, & vicit; Bohemiæ Ecclesias, Monasteria, aliaque sacra loca vastavit; captivorum verticem manu tentavit, quos, si è rasura capitis deprehenderit Monachos aut Clericos esse, præacuto malleô, quem semper dextrâ præferebat, calvæ impactô necavit. Periit tandem peste hæc patriæ lues & Religionis an. 1424 cùm proximus esset morti, jussit suos, ut pellem cadaveri suo detractam, super tympanum extenderent, hostibus terrori futuram. Mortuô Ziscâ, Hussitæ in Au-

striam,

striam, Bavariam, & superiorem Palatinatum eruperunt, igne ferroque omnia vastantes. Massen noch heutigen Tags (ita loquitur P. Ertel in Festivali) in der Ober Pfälzischen Stadt Retz wegen der Hußiten feindlichen Einfall, und nicht weit davon geschehener Schlacht, das Oder-Thor das Hußiten-Thor genannt wird: Item Mausolæum Ratisbonense sic narrat: Wie dann auch in der Obern Pfaltz das zu Schwartzhofen geweste Jungfrau-Closter von denen Hußiten ruinirt worden, auch sich die Closter-Frauen von dannen mit der Flucht (nacher Regenspurg) zu dem Closter des H. Creutz Dominicaner-Ordens salvirt haben. Der Schröcken ware überall so groß, daß man täglich mit Läutung einer Glocken die (Catholische) Christen zum Huß-Gebett ermahnte. Deßwegen man noch heut in vielen Oerteren gegen der Nacht den Hußaus läutet. Hoc bellum duravit 20. annos.

26. *Bellum Bohemicum.*

Lutherani & Hussitæ Bohemici contra Ferdinandum Regem suum, causâ Religionis rebellare cœperunt an. 1618. superatâ enim arce Pragensi. Legatos Ferdinandi Wilhelmum Baronem de Slabata, Jarislaum Baronem de Martiniz, & Philippum Fabricium à Secretis, de fenestris præcipitârunt; sed, cum fimeto inciderent, salvi se subduxerunt Legati. (Et hoc erat initium tam cruenti belli, quod 30. annos duravit.) Hoc factô,

Rebelles alium sibi Regem an. 1619. elegerunt, *Fridericum V.* nempe Electorem Palatinum Calvinianæ sectæ, qui & statim ab Heidelberga Bohemiam profectus, hanc coronam acceptavit. Verùm Maximilianus I. Bavariæ Dux collectis copiis, rebellem Bohemorum exercitum adortus, in Monte albo prope Pragam profligavit die 20. Novemb. an. 1620. eadem Dominicâ, quâ Evangelium jubebat: *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris: & Deo, quæ sunt Dei.* Ex hostibus novem circiter millia cæsa sunt: capti quàm plurimi: erepta signa militaria centum; è Cæsarianis & Bavaricis desiderati vix ultra ducentos, sauciati centeni. Fridericus Palatinus cum Uxore in Silesiam fugit, & sequenti anno ad Batavos: tandem Moguntiæ in exilio obiit an. 1632. Qui, quòd unâ tantùm hyeme coronam usurpârit, nomen inde tulit; Winter-König.

27. *Bellum Suecicum.*

Hoc Bellum, ùt suprà diximus, initium sumpsit à Bohemica rebellione, annô nimirum 1618. duravit 30. annos, ad usque scilicet pacem Westphalicam, an. 1648. sancitam. Hæretici cum cernerent, recidisse, evocârunt Danorum Regem; at florentissimus ejus exercitus à Tillio Duce Cæsareo in agro Brunsvicensi ad Lutteram oppidum anno 1626. ad internecionem deletus est. Hac à Catholicis obtenta victoriâ, Ferdinandus Imperator an. 1629. proposuit *Edictum* illud

Resti-

Restitutorium, quo hæreticos restituere jussit omnia bona Catholicarum Ecclesiarum, quæ post *pacem Religiosam* sibi arripuêre. Hæretici ad summas angustias redacti, tandem Suecorum Regem *Gustavum Adolphum* evocârunt, qui & an. 1630. Germaniam invasit. Postea vario Marte in Germania pugnatum est, hinc à Cæsareanis & Bavaris; inde à Suecis & Gallis.

Ex parte Catholicorum celebriores Belli Duces erant:

1. *Maximilianus I.* Elector Bavariæ.
2. *Wallenstein*, qui ob clandestinam cum Suecis communicationem Egræ in suo cubiculo à Ducibus suis lanceâ transfossus est an. 1634. cujus sanguinem adhuc hodie ibi videre est.
3. *Tyllius*, qui in pugna ad Lycum (Lech) dextro pede vulneratus, Ingolstadii pientissimè obiit an. 1632.
4. *Joannes de Werth*, qui post pacem Westphalicam calida febri Bohemiæ extinctus est an. 1652.
5. *Pappenheim*, qui in pugna ad Lucenam in Saxonia multis vulneribus confossus, gloriosè occubuit an. 1632. ætatis suæ 38.
6. *Altringer*, qui ad Landishutam in Bavaria occisus est an. 1634.
7. *Gallas*, qui Viennæ in Austria podagrâ extinctus est an. 1647. ætatis 59.
8. *Hazfeld*, qui post pacem Westphalicam obiit an. 1658.

Ex

Ex parte Protestantium erant:

1. *Gustavus Adolphus*, Suecorum Rex, qui in pugna ad Lucenam in Saxonia; cùm incautiùs hostem exploraret, trajectu glandis periit an. 1532. an à suis, an à Cæsareis? incertum est.
2. *Bernardus Weymar*, qui Neoburgi ad Rhenum extinctus est an. 1639.
3. *Horn*, qui post pacem Westphalicam obiit an 1659.
4. *Torstensohn*, qui obiit an. 1651. ætatis 48.
5. *Banner*, qui obiit an, 1641. ætatis 44.
6. *Oxenstirn.*
7. *Wrangel*, qui obiit an. 1644.
8. *Königsmarch*, qui obiit an. 1669.

28. *Pax Westphalica.*

Germaniâ à Gallo Suecis, rapinis, incendiis & direptionibus fœdum in modum vastatâ, tandem an. 1648. sancita est Pax in Westphalia, duplici quidem in loco; nempe *Osnabrügæ* cum Suecis: *Monasterii* (Münster) cum Gallis. Utraque hæc Pax dicitur *Westphalica*, quia tam Monasterium, quàm *Osnabrüga* in Westphalia sita est. Hæc pace Palatinus ditioni suæ restitutus: Alsacia Francis cum Brisaco relicta: Calvinianis æque ac Lutheranis publicum per totum Imperium suæ Sectæ exercitium permissum: Omnia Ecclesiastica bona, hæreticis hoc tricennali bello à Catholicis abrepta, iisdem fuerunt restituta, omnia-

omniaque in eum statum redacta, quô fuere annô 1624. atque adeò quam plurimi Episcopatus & Cœnobia sæcularizati, & hæreticis subjecti sunt.

Contra hanc conventionem Innocentius X. Pontifex per *Fabium* Nuntium suam publicè Monasterii protestatus est. Postea an. 1648. 20. Novemb. edidit Bullam, quæ incipit: *Zelo Domus Dei*, in qua utriusque pacis instrumenta declaravit, *ipso jure nulla, irrita, invalida, iniqua, injusta, damnata, reprobata, inania, viribúsque & effectu vacua omninò fuisse & esse & perpetuò fore, neminèmque ad illorum & cujuslibet eorum, etiamsi juramentô vallata sint, observantiam teneri.*

29. *Academia.*

Academia suum nomen habet à loco extra Urbem Atheniensem, qui dicebatur *Academia*, eò quòd hic locus ad Atheniensem quemdam Nobilem Virum, *Academum* nomine pertineret. Hîc Scholam primus aperuit *Plato* an. Mundi 3607. atque hujus foribus inscribi voluit: *Nemo huc ingrediatur Geometriæ expers.*

Hodie *Academiæ* dicuntur Scholæ publicæ & illustriores, in quibus omnia genera artium docentur. Olim in celebrioribus Episcopatibus Scholæ publicæ instituebantur; cùm verò Canonici in Aulis essent occupati; atque adeò studia negligerentur, docendi munus in Monachos Benedictinos translatum est. Cùm autem & hi ob exercitia Religiosa impe-

impedirentur, quò minùs pro voto studia docere possent, tandem Academiæ in eam, quam nunc conspicimus, formam sunt redactæ.

30. *Lycæum.*

Lycæum originem trahit à loco extra Urbem Atheniensem, non procul ab Academia Platonis situato, ubi Aristoteles Platonis Discipulus suam Scholam aperuit. Sed quia Aristoteles non nisi *ambulando* docebat, ejus discipuli dicti sunt *Peripatetici*, velut ambulatores.

Hodie *Lycæum* dicitur, ubi præter humaniores litteras etiam universa Philosophia docetur.

31. *Philosophia Peripatetica.*

Hujus autor est *Aristoteles*, eamque multùm auxit Theophrastus ejus auditor. Laus Aristotelis bina est: 1. Quòd Philosophiâ usus sit non mythologicâ, ùt Plato, neque Symbolicâ, ùt Pythagoras, sed apertâ in verborum proprietate. 2. Quòd cæteris Philosophis meliùs dividat, definiat, argumentetur. Ecclesia Aristotelis doctrinam velut cæteris omnibus meliorem agnoscit, quantùm quidem ad naturam spectant; unde non immeritò Philosophiam Aristotelicam seu Petripateticam tam Thomistæ, quàm Scotistæ, ac etiam Recentiores publicè tradunt.

32. *Philosophia Cynica.*

Hujus auctor est *Antisthenes* Atheniensis & discipulus Socratis an. Mundi 3655. cui successit *Diogenes* Sinopensis Cynicus. *Cynici* seu

Canini dicti sunt ob impudentum, eò quòd canum more quævis etiam fœda & pudenda palàm facerent; non tamen omisere virtutibus quibusdam studere.

33. *Philosophia Stoica.*

Hujus autor est *Zeno* Cratetis Discipulus an. Mundi 3742. Inter ejus successores clari fuerunt Chrysipus; Seneca; Epictetus &c. *Stoici* dicebantur à *stando*; eò quòd Zeno *stans* docere soleret. Ejus præcipua doctrina erat, hominem debere esse immobilem, nulli gaudii aut tristitiæ affectui subjectum (unde homines tardos, duros, atque immobiles vocamus stoicos) item omnia *fato necessariò* fieri.

34. *Philosophia Atomistica.*

Hujus auctor est *Democritus* anno Mundi 3602. *Ridens* dicebatur, quòd ubique riserit. Docuit, omnia fieri ex *atomis*; id est, corpusculis insecabilibus seu indivisibilibus: item omnia *casu* fieri.

35. *Theologia Scholastica.*

Theologia in faciliorem hanc atque utiliorem methodum redacta est à Petro *Lombardo*, Parisiensi Episcopo, qui de omni Theologico, fideique dogmate SS. Patrum sententias in quatuor libros eleganti ordine redegit, indeque *Magister Sententiarum* vocatus, est, anno 1157. Obiit an. 1164.

36. *Schola Thomistica.*

Celeberrimæ hujus Scholæ auctor est *S. Thomas*, patriâ Aquinas, Theologiæ Scholasticæ

ſticæ unicus inſtaurator, Ordinisque Prædi-catorum unicus honor. Pariſiis Bononiæ Romæ innumeris diſcipulis ſumma docendi facilitate Libros ſententiarum à Petro Lompardo editos, prælegit, totique orbi 18. integra volumina quà Theologica, quà Philoſophica reliquit. Obiit hic *Angelicus Doctor* anno 1274.

37. *Schola Scotiſtica.*

Hujus famoſiſſimæ Scholæ auctor eſt *Joannes Duns Scotus*, gente Hibernus, Doctor Oxonienſis in Anglia; dictus hodieque *Doctor ſubtilis*, Minoritarum veluti quidam ſol. In Univerſitate Oxonienſi 30. millia Diſcipulorum habuiſſe fertur. Obiit Coloniæ, ibique in medio Chori Eccleſiæ ſui Ordinis ſepultus eſt an. 1308. Quòd autem deliquiô animi oppreſſus, & vivus adhuc ſepultus, in ipſo feretro ſuámet membra depaverit, fabula eſt.

38. *Scientia Media.*

Scientiam Mediam ad ſummas difficultates Theologicas enodandas unicè (ùt hujus ſententiæ Patroni ajunt) neceſſariam primus excogitavit P. Ludovicus *Molina* S. J. qui obiit an. 1600.

39. *Medicina.*

Hanc ad certa principia primus reduxit *Hippogratos Cous*, qui floruit an. 775. ante Chriſtum; nam illo tempore quilibet remedium illud, quo à morbo liberatus erat, tabulæ inſcribere ſolebat, ac in Templo Deorum ana-

thema-

thematis locô appendere. Hippocrates, cùm delubra obiret, remedia illa conſcripſit, & de ſuo aucta in ordinem redegit. Vitam produxit in an. 140.

Modum curandi morbos, quo uti ſolent moderni Medici, primus incepit *Galenus*, Medicorum facilè Princeps, an. Chriſti 180. Auctor eſt 100. Voluminum, quæ incendiô *templi pacis* interiêre.

Modum curandi morbos per medicamenta *Chymica* excogitavit *Theophraſtes Paracelſus*, famoſiſſimus ille Medicus. Lapidem Philoſophicum nactus, auri prodigus ad ſtuporem fuit, unâ & eadem hora Codrus & Cræſus. Obiit Salisburgi an. 1541.

40. *Mithridatum.*

Hæc Medicina contra Venenum, trahit ſuam originem à *Mithridate* Rege Ponti, qui primus eam ex veneno præparavit, & ne ob crudelitatem ſuam venenô necaretur, quotidie ſumpſit. Occidit ſeipſum an. ante Chriſtum 65.

41. *Theriaca.*

Hanc Medicinam primus invenit *Andromachus*, Neronis Imp. ex inſula Creta Medicus an. Chriſt. 60. Hic enim viperinam carnem mithridatô miſcuit, & hanc mixturam vocavit Theriacam.

42. *Morbus Gallicus,*

Hic morbus primùm in Germania auditus eſt circa annum Chriſti 1495.

43. *Musica intervalla seu Toni.*

Intervalla illa musica, nempe *Quintas, Octavas, Tertias, &c.* primus invenit *Pythagoras*, Musices & Arithmeticæ præ cæteris Philosophis studiosissimus, an. Mundi 3564.

44. *Musicæ Litteræ.*

Litteras illas septem, quibus omnis musicæ varietas comprehenditur, primus excogitavit *S. Gregorius Magnus* Papa; nempe a b c d e f g.

45. *Solmisatio.*

Solmisandi, ut vocant, artem excogitavit *Guido Aretinus* Monachus Benedictinus, sex syllabis: *ut, re, mi, fa, sol, la*, desumpsit autem has voculas ex hymno in festo S. Joannis Baptistæ: *ut* queant laxis, *re* sonare fibris &c. an. 1019.

46. *Organa.*

Organa, ex pluribus fistulis conjuncta, sub Rege Pipino in Galliam plurimum invecta sunt an. 757. Primus in Organis numeros auxit, ut & pedes juvarent concentum funiculorum attractu, *Bernardus Teuto*, cognomine & gente an. 1470.

47. *Arithmetica.*

Arithmeticam (Rechen-Kunst) plus omnibus Philosophis coluit atque ornavit *Pythagoras*, novásque pro ea reliquit regulas, & *Mensam Pythagoricam*, hodiedum notam.

48. *Mathesis.*

Elementa *Geometriæ* primus edidit *Euclides*,

des, Mathematicus Alexandiæ an. ante Christum 306.

49. *Sol stat, terra movetur*

Primus, *solem stare, & terram moveri*, asseruit *Aristarchus*, Philosophus Græcus an. Mundi 3797. idque primus in Germania docuit *Nicolaus Copernicus*, Mathematicus, Thorenii in Borussia natus, qui obiit an. Christi 1543.

50. *Solis Maculæ.*

Solis maculas & faculas primus detexit per Telescopium P. Christophorus *Scheiner* Jesuita, insignis Mathematicus Ingolstadii an. 1611. Obiit an. 1650.

51. *Horologium arenarium*, Sand-Uhr.

Hoc horologium primus excogitavit *Anaximander*, insignis Philosophus, an. ante Christ. 580.

52. *Horologium Solare*, Sonnen-Uhr.

Hoc primus invenit *Anaximenes*, Philosophus Miletô natus, Anaximandri discipulus & successor an. ante Christ. 544. Primus verò apud Romanos in Ædem Quirini posuit *Papirius* an. ante Christ. 287.

63. *Clepsydra*, Wasser-Uhr

Hoc horologium aquaticum primus invenit *Scipio Nasica* an. ante Christ. 159.

54. *Automatum*, Selbstgängige Uhr.

Horologium automatum primus invenit

Boëtius Consul Romanus, qui à Theodorico Ostrogotorum Rege interfectus est anno Christ. 524. quæ autem ars cum ipso extincta est. Tandem hanc artem iterum invenit *Franciscus*, Germanus Artifex ex Selandia, an. 1480.

55. *Pictoria.*

Hujus artis Autor & inventor dicitur *Apollo*, qui oves pascens, umbram earum baculô in arena expressit; & sic rudimenta hujus artis fecit. Celebres postea Pictores erant: *Apelles* Pictorum omnium summus, à quo solo Alexander Magnus pingi se passus est. *Zeuxis*, qui uvas tam affabre & ad vivum expressit, ut aves etiam advolarent capturæ botros. *Parrhasius* Ephesius, qui Zeuxidem æmulatus est. *Protogenus*, qui *Jalysi* imaginem ipsis septem annis elaboravit.

56. *Typographia.*

Hæc ars primò inventa est Argentinæ à Joanne *Guttenberg* an. Christi 1440. ejus socius, Laurentius *Coster* Harlemius primos characteres ex ligno fecisse dicitur, eam postea in meliorem formam redegit Joannes *Faust* Moguntiæ an. 1452. Liber *S. Augustini* de Civitate Dei & Opera Lactantii, primi erant libri, typis excusi. Typographi olim erant viri eruditissimi, ùt *Aldus* Manutius, *Paulus* Manutius Aldi filius, & *Aldus* Manutius Pauli filius &c. Verùm Rudimenta hujus artis Chinensibus ante aliquot jam sæcula fuerunt cognita.

57. *Cor-*

57. *Corpus Juris Canonici.*

Id summo labore primus collegit *Dionysius Exiguus* Abbas Romanus Ord. S. Benedicti an. 532. Nobile illud *Decretum* edidit *Gratianus* Monachus Benedictinus Bononiæ, ibique Professor an. 1151. unde vocatur *Decretum Gratiani.* Quinque Libros *Decretalium* seu Juris Canonici, autoritate Gregorii IX. Pontif. collegit *S. Raymundus* de Pennafort Barcinonensis Hispanus Ord. Prædicatorum an. 1230.

58. *Licentiatus & Doctoratus ex Jure Canonico.*

Gradus honoris Literarii: *Licentiatum* nempe & *Doctoratum* auctoritate Eugenii III. Pontif. primus instituit *Gratianus* Benedictinus Bononiæ an. 1151.

59. *Licentiatus & Doctoratus ex Theologia.*

Hos gradus primus in Academia Parisiensi constituit *Lombardus*, Magister Sententiarum an. 1157. *Vide supra num.* 35.

60. *Biblia.*

Sacram Scripturam in Capita primus distinxit *Stephanus* Cantuariensis Archi-Episcopus in Anglia, qui obiit an. 1228.

61. *Concordantiæ S. Scripturæ.*

Concordantias ita dictas in Sacram Sciptaram primus adornâsse fertur *Hugo* de S. Caro, vulgò *Hugo Cardinalis* Ord. Prædicatorum, qui obiit 1274. Optimæ hodie Concordantiæ

ſunt, quæ an. 1749. à PP. Benedictinis in Monaſterio Weſſofontano (Weſſobrunn) ſummo labore fuerunt coactæ.

62. *Corpus Juris Civilis.*

Theodoſius II. Orientis Imperator jam an. 435. Codicem Juris edidit, qui & *Codex Theodoſianus* dicebatur. Sed, cùm iſte ſucceſſu temporis planè negligeretur, Juſtinianus I. & ipſe Orientis Imperator, alium *Codicem* publicavit an. 526. poſtea etiam *Digeſta Inſtitutiones* an. 533.

63. *Gloſſa Codicis.*

Gloſſas Codici juris Civilis primus attexuit Franciſcus *Accuſius* Florentinus, Profeſſor jurium Bononiæ in Italia, qui & ibidem obiit an. 1279.

64. *Mos deponendi Studioſos.*

Hic mos trahit originem à veteribus Philoſophis, qui neminem in ſuam diſciplinam recipiebant, niſi ingenium ejus & patientiam ante exploràſſent. Hinc Eſſæi apud Judæos neminem recipiebant, niſi qui biennio patientiæ ſigno dediſſet. Athenienſes ſeniculum ad portam Civitatis ſtare volebant, qui ingreſſuros variis convitiis exciperet; & impatientes quidem repelleret; patientibus verò diceret: *ingredere Athenas, quia dignus es.* Sic & hodie noſtri ſtudioſi variis interogationibus, variisque rebus tentantur, vexantur, dedolantur.

65. *Novus Orbis-America.*

Americam seu potiùs Americæ anteriores insulas felici navigatione detexit Christophorus *Columbus*, patriâ Genuensis, naturæ sagacissimus explorator anno Christ. 1492. Post Columbum verò *Americus Vesputius* Florentinus, Astronomiæ, Cosmographiæ, & artis nauticæ peritissimus quartâ vice in Americam auspiciis Emmanuelis Lusitaniæ Regis iter navale instituit, ac terram continentem detexit, illique nomen dedit *America* anno. 1497.

66. *Civitates Imperiales.*

Libertas Civitatem Imperialium initium sumpsit à *Carolo IV.* Imperatore & Bohemiæ Rege; is enim, cùm multas pecunias expendisset, ut Electorum suffragia coëmeret, ad incitas redactus, multis civitatibus libertatem pecuniis vendidit.

67. *Torneamenta*, Turnier.

Hos ludos Equestres primus instituit *Henricus I.* Auceps, Imperator an. 923. Ultimus ludus Equestris fuit Wormatiæ an. 1487.

68. *Pulvis nitratus Sclopetum.*

Huncpulverem cum sclopetis primus in Germania invenit *Bertholdus Niger* (Schwartz) Monachus, ùt ajunt, Benedictinus an. 1380. Artem postea dirigendi bombardas invenit Bartholomæus Coloneus Bergomus. Bombardis prima inter Germaniæ urbes usa est Augusta Vindelicorum. Verùm aliqui

 dicunt,

dicunt, Bombardas jam ante tempora Bertholdi fuisse in usu. Naucleros originem hujus machinæ ad tempora Ottonis IV. & Innocentii III. an. 1213. refert. Petrus Maffejus tradit, Æneа tormenta conflare, vetustissimo in usu esse apud Sinas, sive Chinenses.

69. *Sal.*

Artem ex aqua conficiendi *salem*, induxit *Elisabetha* Uxor Alberti I. Imperatoris. Sal in Germania primò confectus est Hallis im Innthal ist eine kleine Stadt und Schloß im Tyrol.

70. *Sericum*, Seiden.

Ars ex bombycibus conficiendi *Sericum*, ex India in Europam invecta est à Monachis, Indiâ expulsis an. Christ. 557.

71. *Soleæ ferreæ*, Hufeisen.

Soleæ ferreæ pro equinis pedibus introductæ sunt circa an. Christi 790.

72. *Vitrum.*

Vitrum flexile primò inventum est sub Tiberio Imperatore, qui, cùm sibi ab Inventore vitrea phiala offerretur, indignatus, mox illam in pavimentum projecit; jussitque, inventorem hunc illico decollari, ne, si artem hanc plures addiscerent, aurum vilipenderetur.

73. *Equi Cursorii*, Post-Pferd.

Equos Cursorios (*Postas* hodie vocant) per Romanas ditiones primus constituit *Trajanus* Imperator an. Christi 110.

74. *Ca-*

74. *Caroli Balneum*, Carls-Bad.

Hoc Balneum trahit originem à Carolo IV. Imperatore & Bohemiæ Rege, qui illud non procul ab Egra Civitate Bohemiæ, eane venaticô detexit an. 1310.

75. *Haleces*, Hering.

Artem sale condiendi *Haleces*, & in tonnis conservandi, primus excogitavit Wilhelmus *Böckel*, è Belgio piscator an. 1416. Unde hi pisculi vocantur Böckel-Hering.

76. *Tabacus.*

Hæc herba nomen suum habet à quadam insula Americana *Tabacò* dictâ, ubi primùm ab Hispanis, dum Ferdinandus Cortesius illam insulam expugnaverat, reperta fuit anno Christi 1517. Hæc herba à Botanicis communiter dicitur *Nicotiana* juxta nomen Joannis *Nicotius*, qui in Lusitania, ibi enim erat Regis Galliarum Legatus, hanc herbam in suo horto primus plantavit.

77. *Indictionum usus.*

Hic usus in diplomatibus expediendis inductus est ab Imperatore *Constantino Magno* an. 312.

78. *Fabulæ Romanenses*, Romanen.

Origo harum Fabularum, ab Arabibus primùm confictarum, refertur ac annum Christi 1022.

CAPUT VI.

ARTIFICIA VARIA.

ARTIFICIUM I.

Rosas serotinas habere.

Rosam malorum cortici inoculari permitte; peregrino enim in corpore concrescens & adolescens, quo dabat arbor fructus tempore dehiscet rosa, & mira odoris jucunditate & pulchritudine redolens omnibus spectari se sinit. Idem obtinebis prima germina decutiendô; nam alia regenerando tempus teritur, & cœlo indulgente tardissimè rosæ dehiscent.

ARTIFICIUM 2.

Ut pyra majora nascantur.

Arbor suomet surculo insita, multò majorem fructum dabit, quàm non insita priùs daret; præcipuè pyra illa, quæ minima sunt, myrapia dicta, sive moschatula; nam si supra cotoneum inseremus, multò majora pyra protuberabit ejusdem dulcissimi saporis.

ARTIFICIUM 3.

Aurum potabile efficere.

Aurum in tenuissimas bracteas deductum melli incorporetur optimè simul conterendo, hæcque mixtura cocti ovi albumini ita imponatur; coquitur ovum sub cineribus ad duri-

duritiem usque, tum ovo in duas partes dissecto extrahitur putamen, ejus loco imponitur cavo albumini aurum cum melle optimè contritum, & super impositâ alia albuminis dissecti medietate intra ipsum albumen omninò clauditur, in cella vinaria aut loco alio humido servatur, & intra breve tempus aurum in albumine solutum reperitur.

ARTIFICIUM 4.

Muscas fugare.

Ist es nicht schade. Ey! Ey! Ey!

6. *Epitaph. Helluonis.*

Hier liegt begraben,
Der g'füllt hat seinen Kragen
Mit Brandwein und Bitter-Bier,
Ist also entschlaffen hier.

7. *Epitaph. Joannis* Haschebrods.

Hier liegt Hannß Haschebrod,
Gibt mir mein lieber GOtt
Das ewige Leben,
Gleichwie ich dirs wolt geben,
Wann du wärst Hannß Haschebrod,
Und ich dein lieber GOtt.

8. *Epitaph. Hospitis.*

Es liegt ein Würth allhier,
G'schenckt hat er braunes Bier.
Zech machte er, daß d'Augen tropffen,
Soll man ihn nicht brav abklopffen?
G'schenckt hat ers Bier um doppelts Geld,
So betrogen seynd d'Würth in dieser Welt.

9. *Epitaph. honestæ Matronæ.*

Schau diesen schlechten Stein,
Ein Diemant solt es seyn;
Dann das, was er bewehrt,
Ist mehr, als dieses werth.
Hier liegt die Frömmigkeit,
Und wart auf jene Zeit.

10. Epi-

10. *Epitaph. rixosæ mulieris.*

Hier liegt das Weib, GOtt seys gedanckt!
So lang sie g'lebt, hat immer zanckt.
Lieber Leser, gehe von hier.
Sonst steht sie auf, und zanckt mit dir.

1. *Epitaph. Hilbrandi, hominis impudici.*

Hic jacet Hilbrandus stygia fornace cremandus,
Cujus in hac fossa fœtent enormiter ossa.

2. *Epitaph. Joannis Fossæ, ex nimio Poëseo studio ad insaniam redacti.*

Hâc sunt in fossa fossæ mirabilis ossa,
Qui sibi condendô versus, *cere* comminuit *brum.*

13. *Epitaph. Potatoris.*

Hîc jacet extinctus, valde venerabilis Aussauff.
Von Brand-Wein und Bitter-Bier,
Ist er entschlaffen hier.

14. *Epitaph. Coqui.*

Hier liegt der Koch,
Wann er nicht g'storben, so lebte er noch.
Hat offt die Suppen versalzen,
Und die Knödel nicht geschmaltzen.
Hat also g'mußt ins Loch,
Unser Lieber Koch.

15. *Epitaph. Caroli V. Imp.*

Tantus hic, quantum pauca retrò secula viderunt, Imperator, en! quam ignobili Epitaphiô decoratus sit.
Carolus Quintus,
Hîc jacet intùs.

Ora pro eo bis aut ter,
Ave Maria & Pater noster.

16. Epitaph. Principis Eugenii, invictissimi Austriaci Belli-Ducis.

CVM VIXIT, VIDIT; VICIT. 1736.

17. Epitaph. Comitis à Khevenbüller, celeberrimi Austriaci Belli-Ducis.

VIDI, IVI, IVVI, DVXI, DIXI.
LVXI, VICI, VIXI. 1744.

Vidi. Ich sahe Habspurgs-Stammen in seinen letzten Zügen.

Ivi. Ich gieng, und wußte nicht, wie GOtt es würde fügen.

Juvi. Ich halff der Königin nach Pflicht und Treu mit Rath.

Duxi. Ich führte die Armee zu mancher kühnen That.

Dixi. Ich sagte, GOTT wird doch auf unsrer Seite stehen.

Luxi. Ich klagte, daß dabey viel tausend untergehen.

Vici. Ich siegte, doch nicht ich, nein! GOtt hat es gethan.

Vixi Nun hab ich gnug gelebt; weil mein Ruhm nicht sterben kan.

18. Epitaph. Theophrasti Paracelsi

Conditus hîc (Salisburgi prope ab Ecclesia S. Laurentii) Philippus Theophrastus, insignis Medicinæ Doctor, qui dira illa vulnera, lepram, Podagram, Hydropisin, aliáque insanabilia corporis contagia mirifica

ica arte sustulit, ac bona sua in pauperes listribuenda, collocandáque imperavit. An. 1541. die 24. Septembris vitam cum norte mutavit.

19. Epitaph. Joannis Vitelli, adolescentis.

)! DEUS omnipotens, Vituli miserere
Joannis,
Quem mors præveniens non sinit esse
bovem.

10. Epitaph. Sacerdotis Andreæ, Anguillarum amatoris.

audent anguillæ, quoniam nunc mortuus ille
Presbyter Andreas, qui comedebat eas.

21. Epitaph. Medici.

cet hîc, per quem jacent multi.

22. Epitaph. in Vespiam vetulam.

es habuit furias quondam, sed Vespia
manes
Ut petiit, furias quatuor orcus habet.

CAPUT XII.

OBSERVATIONES VARIÆ.

§. I.

servationes de differentiis Nationum.

In Consiliis.

ermanus tardus,
glus imprudens,

Gallus præceps,
Hiſpanus cautus.

In Fide.

Germanus fidelis,
Anglus perfidus,
Gallus levis,
Itallus ſuſpectus,
Hiſpanus fallax.

In Affectionibus.

Germanus amare neſcit,
Anglus paucis in horis,
Gallus ubique,
Italus ſelectè,
Hiſpanus benè.

In Corporibus.

Germanus robuſtus,
Anglus delicatus,
Gallus agilis,
Italus debilis,
Hiſpanus horrendus.

In Veſtitu.

Germanus ſimius,
Anglus ſuperbus,
Gallus Protheus,
Italus lugubris,
Hiſpanus modeſtus.

In Moribus.

Germanus ſerius,
Anglus ſuavis,
Gallus oſtentator,
Italus facetus,
Hiſpanus gravis.

In Animo.

Germanus inſtar Urſi,
Anglus inſtar Leonis,
Gallus inſtar Aquilæ,
Italus inſtar Vulpis,
Hiſpanus inſtar Elephantis.

In Pulchritudine.

Germanus velut Statua,
Anglus velut Angelus,
Gallus velut Fœmina,
talus velut Vir,
Iiſpanus velut Diabolus.

In Scientia.

Germanus Juriſta,
nglus Philoſophus,
allus ex omnibus aliquid,
alus Architectus,
Iiſpanus Theologus.

In Arcanis.

ermanus obliviofus,
nglus infidus,
allus garrulus,
alus taciturnus,
iſpanus mutus.

In Cibo & Potu.

ermanus ebrius,
nglus guloſus,
allus delicatus,
alus ſobrius,
iſpanus faſtidioſus.

In Sermone.

Germanus ululat,
Anglus flet,
Gallus cantat,
Italus delirat,
Hiſpanus loquitur.

In Calamis.

Germanus multa ſcribit,
Anglus benè ſcribit,
Gallus meliùs ſcribit,
Italus benè ſcribit & multa,
Hiſpanus pauca ſcribit.

In Legibus.

Germanus tales habet leges, quales habet Reges.

Anglus habet leges nullius momenti, accuratè tamen illas obſervat.

Gallus habet bonas leges, & eas benè cuſtodit.

Italus bonas habet leges, parum eas obſervat.

Hiſpanus pulchras habet leges, & eas ſtrictè obſervat.

In Religione.

Germanus ſuperſtitioſus,
Anglus mutabilis,
Gallus zeloſus,
Italus religioſus,
Hiſpanus conſtans.

In genere fœminarum.

Germana laborioſa,

An-

Angla Regina,
Galla Domina,
Itala incarcerata,
Hiſpana mancipium.

In Famulis.

Germanus fidelis,
Anglus mancipium,
Gallus famulus,
Italus obſequioſus,
Hiſpanus ſubjectus.

In Magnificentia.

Germanus in munimentis,
Anglus in claſſibus bellicis,
Gallus in Aula,
Italus in Templo,
Hiſpanus in armis.

In Morbis.

Germanus habet Podagram,
Anglus Lupum,
Gallus morbum Gallicum,
Italus peſtem,
Hiſpanus innumera morborum genera.

In Morte.

Germanus paratus,
Anglus præſumptuoſus,
Gallus invitus,
Italus deſperans,
Hiſpanus generoſus.

Sepeliuntur.

Germanus ubique,
Anglus in aqua,

Gallus in acie,
Italus in igne,
Hispanus in terra.

*

Julius II. Romanus Pontifex appellabat:

Hispanos, *Volucres Cæli*; weilen sie nach hohen Sachen streben.

Genuenses, *Pisces Maris*; weil sie ihre Nahrung auf dem Meer suchen.

Die Schweitzer, *Pecora campi*; weil sie sich von ihrem Vieh ernähren.

Die Teutschen, *Amphoras Vini*; weil sie gern trincken, und zechen,

Gallos, *Homines omnium horarum*; weil sie in alle Sättel gerecht seynd.

* * *

Einigen Sprachen wird das Idioma beygelegt, daß sie seyen:

Die Spanische, Majestatica.
Die Italiänische, Corrupta.
Die Polnische, Blanda.
Die Griechische, Compendiosa.
Die Frantzösische, Suavis.
Die Teutsche, Terribilis.

Dahero sagte Carolus V. der Römische Kayser: er wolte reden Frantzösisch mit einem Freund; Teutsch mit seinem Pferd; Italiänisch mit seiner Liebsten, Spanisch mit GOtt; Englisch mit den Vögeln.

Von

* * *

Von den Königen pflegte Maximilianus I. der Römische Kayser, also zu sagen, daß sie wären.

Der König in Spanien, Rex hominum; weil seine Unterthanen thäten, was er ihnen anbefehle.

Der König in Franckreich, Rex Asinorum; weil seine Unterthanen tragen müßten, was er ihnen auflege.

Der König in Teutschland, Rex Regum; dann, wann er seinen Fürsten was anbefehle, so thäten sie es, so fern es ihnen beliebte. Dann man findet kein Land unter der Sonnen, in welchem so viel mächtige und souveraine Stände leben, als in Teutschland.

* * *

Die Teutschen seynd jederzeit wegen ihrer Tapfferkeit berühmt gewesen; dahero soll Carolus V. offt gesagt haben, daß sein Kriegs-Heer müßte haben.

Ein Italiänisch Haupt,
Spanische Schultern,
Ein Teutsche Brust, und Hertz.

* * *

Ein fürnehmer Politicus sagte: Eine jede Nation in Europa hätte ihre besondere Art und Manier die Sorg und Melancholey zu vertreiben:

Der Teutsche vertrincket sie.
Der Frantzos versinget sie.
Der Engelländer vertantzet sie.
Der Italiäner verschlaffet sie.

*
* *

Es wird auch unter andern Nationen von den Teutschen ein Sprichwort gesagt;
Wann der Dähne verliehrt sein Grütze,
Der Frantzmann den Wein,
Der Schwab die Suppe,
Der Teutsche das Bier,
So seynd sie verlohren alle vier.

*
* *

Ein gewisser Criticus pflegte zu sagen:
Der Wein (das Bier) verderbt die Teutschen.
Das Spielen die Spanier.
Das Buhlen die Welschen.
Die Unbeständigkeit die Frantzosen.

*
* *

Sonst will man auch sagen:
Hüte dich vor einem schwartzen Teutschen.
Vor einem weisen Italiäner.
Vor einem rothen Spanier.
Vor einem Niederländer, er sey was Farb er wolle.

§. 4.

Observationes circa Consuetudines, & Mores Gentium.

1 *Æthiopes*, dum eorum Imperator *sternutat*, qui adsunt, extemplò venerabundi,

bundi, concepta verba, quibûs benè precari consuevimus, tanto clamore proferunt, ut facilè omnes, qui in aula degunt, percipiant, & faustas consalutationes elatâ & ipsi voce congeminent. Quibus auditis prorumpunt illicò in similes festivos clamores ii, qui versantur in foro domibusque adjacentibus. Quo fit, ut totâ simul urbe sternutamentum Imperatoris celebretur.

2. *Turcæ* multum honoris deferunt *chartæ*; eò quòd in ea nomen Dei scribi soleat, itaque chartulam nullam humi jacere patiuntur; &, si in aliquam incidant, subito attollunt, rimæque alicui, aut foramini indunt, ne pedibus proteratur.

3. *Æthiopes*, si eorum Rex *unoculus* sit, aut alio membro careat, turpe judicant, si non omnes consanguinei & domestici eodem careant. Sed & iniquum putant, Rege mortuo supervivere:

4. *Ex Bæotis* nonnulli eos, qui *debitum* non solvunt, in forum deducunt, ibique sedere jussos, cophinô superjecto cooperiunt; qui autem hoc passus fuerit, ignominiosus fiat.

5. Apud *Sunitas* quotannis & adolescentes & virgines in publico foro judicantur, & qui optimus judicatus fuerit, virginem, quam voluerit, ducere potest; deinde post eum secundus, & sic deinceps.

6. Apud *Persas* Regi gratias agunt ii, qui

qui ab eo *flagellari* jubentur, quòd Rex eorum memor fuerit.

7. In *Turcia* nullæ ſunt *tabernæ*, hoſpitiis deſignatæ, aut publica diverſoria, quemadmodum apud noſtrates; in plateis tamen diverſa venduntur cibaria, & alia hujusmodi ad victum neceſſaria.

8. *Tartari* equitantes, ſi fame ſitique ſtimulantur, equis, quibus inſident, venas incidunt, hauſtóque eorum ſanguine, famem ſitimque depellunt.

9. *Tartari* in uno loco non diu commorantur, rati, gravem eſſe infelicitatem, diu in eodem loco hærere. Unde grave malum liberis ſuis imprecaturi, ſolent dicere: *Ut eodem in loco perpetuò, tanquam Chriſtianus hæreas, propriúmque fætorem haurias.*

10. Apud *Moſcovitas* canis immundum animal cenſetur, & turpe eſt, *canem* nuda manu attingere. Vitulos mactare, vel carnibus vitulinis veſci piaculum illis eſt.

11. *Populi Calecutiæ*, qui nobiles ſunt, quemadmodum & Rex ipſe cum univerſa familia ſua aulica, *carnibus* & *piſcibus* omnino abſtinent, nec quidquam, quod vitam aliquando habuit, comedunt. Verùm id à communi plebe non obſervatur.

12. *Perſæ* tria adorare ſolent: ignem, ſerpentem & vaccam. Cultores *Vaccæ*, unam toto anno domi ſuæ alunt, quam quotidie familia manè, dum ſurgit, adorat;

unde

unde lacticiniis non utuntur; felicissimos se putant, si supra vaccam mori possint, aut saltem, dum moriuntur, vaccæ caudam tenere. Vaccæ hujus excrementis se in facie, aliisque corporis partibus illinunt, tanquam balsamô. Cum Vacca hæc moritur, illam comburunt.

13. *Apertio & nudatio capitis* in Germania, aliisque regionibus signum est reverentiæ; in Imperio Sinensi verò irreverentiæ. Unde si quis Sacerdos capite aperto & nudato Sacrificium Missæ celebraret, contra reverentiam Sanctissimo Sacramento debitam pecare censeretur.

14. Apud *Ægyptos*, Regis Amasis edicto unusquisque singulîs annîs suo Magistratui debet indicare, quo se *artificio* alat; id omittentes, pœnam capitis incurrunt.

15. *Ægyptii* suillum pecus adeò detestantur, ut *subulcis* omnia templa sint interdicta. Et si quis porcum attigerit, cum omnibus indumentis in flumine abluitur.

16. *Galli antiqui* liberos ad conspectum suum priùs venire non patiebantur, quàm per ætatem adolevissent, & *militaribus periculis* subeundis essent idonei.

17. *Athenienses*, si quis de crimine quodam accusaretur, ac *deses* insuper, & *otiosus* probaretur, non aliam ad alterum crimen probationem requirebant.

18. *Brach-*

18. *Brachmannæ* Philosophi pueros suos impransos foras extrudebant, si quando nihil utilis operæ vel parentibus, vel suis rebus necessariis dedissent.

19. In Insula *Patana* Indiæ orientalis, tam sanctè servant *conjugium*, ut, si quis adulterium commisisse deprehendatur, ad parentes per virum primarium deductus, ab illis juguletur; consors verò similiter ab iisdem pugione confodiatur.

20. *Saxones* adhuc pagani, *Adulteram* se ipsam strangulare cogebant, & super bustum illius incensæ & concrematæ *adulterum* suspendebant.

21. *Ægyptii* adultero virgis mille ictus infligebant: *adulteram* verò ad perenne dedecus, nasis truncabant.

22. *Cumani* adulteram ducebant in forum, ut illic stans in alto lapide, omnibus esset conspicua, *asino* deinde impositam, atque per totam civitatem circumductam, reducebant ad lapidem, ut ibi rursùs omnibus esset spectaculo. Lapis, in quo adultera steterat, nefastus ac detestabilis habebatur.

23. Apud *Germanos* olim Maritus adulteram abscisis crinibûs domô expellebat, atque per omnem pagum nudam circumductam, virgis ad necem cædebat.

24. Incolæ in *promontorio* Africæ, domicilia sua construunt ex *sale*. Neque periculum illis imminet ex pluviis, quæ aliàs vim

vim habent salis resolutivam, quandoquidem Promontorium illud ab omni pluvia, teste Herodoto, immune est.

25. *Babytaceni* repertum *aurum* defodiebant in terram, ne ejus usu polluti corrumperent æquitatem.

26. *Celtiberi* in balneis, non aquâ, sed *lotiô* diu servatô se lavare solebant; hanc optimam corporis curationem, viriúmque exhaustarum medicinam arbitrati.

27. In Imperio *Sinensi* ita arctè custodiuntur *fœminæ*, ut neque ipsæ videre alios, neque ab aliis videri possint. Earum pulchritudo potissimùm ex statura pusilla, pedúmque parvitate æstimari solet.

28. *Chinenses* omnes capitis *pilos* abradunt, & barbam duntaxat, quæ extremo mento adhæret, servant, quæ quò protensior, eò magis decora est, & pluris æstimatur.

29. In *Moscovia* omnia ædificia solis *clavis ligneis* compinguntur. In domibus Moscoviticis nulli sunt Caminai, nec fenestræ vitreæ.

30. *Moscovitæ* monetam habent argentam, non rotundâ; sed oblongâ & ovali quodammodò figurâ.

31. *Moscovitæ* annum à Septembri, non Januario incipiunt. Suos annos non à Natali Christi, sed ab exordio Mundi numerare solent.

32. Turcæ annos suos numerant à fuga Ma-

Mahometis (Arabicè *Hegyra*,) quæ an. 622. 16. Julii contigisse fertur.

33. *Judæi*, cùm homo quispiam in domo moritur, omnem *aquam*, quæ domi in vasculis apertis continetur, effundere solent extra domum; quia judicant eam esse immundam. Simpliciores enim sibi persuadent, animam de corpore recenter egressam, lavari in aqua domûs, atque adeò illam suo contractu inficere.

34. *Turcæ* gravissimè puniunt eos, qui nolunt ignoscere suis inimicis; cùm enim Paschato suo ad templum veniunt oratum, quivis debet veniam petere altero, sub pœna *Haram* dictâ, seu excommunicatione.

35. *Romani* eos, qui *vinô* se ingurgitabant, adeò exosos habuêre, ut à Senatu & publicis officiis velut indignos removerent. Hinc usque ad 30. annum Maculis vini usus non concedebatur; fœminis verò omnino ignotus erat.

36. *Hispani* ne in testem quidem admittunt illum, qui semel ebrius extiterit.

37. *Græci* sanxerunt, ut, qui potationibus *patrimonium* dilapidâsset, non sepeliretur in majorum suorum monumentis, sed inglorius in quisquilias adjiceretur.

38. Apud *Lacedæmones*, si duo fratres inter se litigarent; ambo in judicio ab omni reatu absolvebantur; puniebatur econtra *Pater*, eò quòd bonâ disciplinâ filiorum discordiam non prævenisset.

39. In *India*, filii *exequias* patris sui matrisque integrô trienniô continuare solent; idque, ut suis parentibus, qui primæ ætatis trienniô eos ulnis gestaverant, vicem rependant.

40. *Bactriani* seniô vel morbô confectos canibus devorandos objiciunt, ad hoc de industria enutritis, quos *sepulchrales* vocant.

41. *Assyrii* ægrotos in viis proponebant, & exquirebant à prætereuntibus aliquod remedium.

42. *Caspii* parentes inclusos *fame* necant, cùm annum 70. ætatis excesserunt. *Tibareni* senes è patibulo suspenderunt.

43. Apud *Crestones* populos singuli plures habent uxores; cùm autem vir moritur, oritur certamen inter illas, quæ ardentiùs amârit viventem; in quo quæ vicerit, ad mortui tumulum exornata ducitur, & à propinquis mactata cum viro humatur.

44. *Persæ* non priùs humabant cadaver, quàm à cane aut ave esset carptum.

45. *Sabæi* corpora defunctorum non pluris faciunt, quàm stercora; hinc ipsos etiam Reges in sterquilinia abjiciunt.

46. *Scythæ* mortuorum charos unà cum cadaveribus defodiebant vivos, adjunctis famulis, equis, carnibus ac cibis.

47. *Thraces* cum plausu ac lætitia *sepulturam* agebant; contrà *Natalem* cum luctu.

48. *Græci* cadavera cremabant, & eorum cineres urnis imponebant, ipsásque urnas splendidis monumentis; addebántque *lampadem* eô sæpe artificiô, ut mille & ampliùs annis eam arsisse in comperto habeamus.

49. *Romani* olim cadavera terræ mandârunt; sed cùm adnimadverterent, variis ac civilibus præsertim turbis eâ à tumulis erui licentiâ emotæ plebis, statuerunt ea *Græcorum* more cremare.

50. *Ægyptii* cerebrô, visceribùsque extractis, cadaver aromatibus oppletum, ad 70. diem sale macerabant; demum extractum, myrrhinòque oleo probè tinctum, ignea effigie circumdederunt. Sic imbuta cadavera diutissimè durant incorrupta; & hodiedum refodiuntur, dicuntùrque *Mumia*. Credebant enim Ægyptii, tamdiu animam hominis superstitem fore, quamdiu ejus corpus putredinem nullam haberet.

51. *Germani* eos, qui à castris discessêre, suspendio olim damnârunt, ùt hodiedum mos est. *Athenienses* abscisso pollice, faciem eorum candenti ferro dispungebant. A Ludovico Imperatore oculorum effossio; ab Henrico VII. Imperatore membrorum per equos distractio decernebatur.

52. *Romani*, quia anseres Capitolium suâ vigilantiâ servârant, publico decreto decrevêre, ut semper aliquot eorum in Junonis templo alerentur; & ut quotannis anser unus in splendida lectica, & veste stragula se-

ns per urbem circumferretur cum so-
ii pompa.

:. *Prisci* adeò parcebant Diis suis, ut, ne eos *jurarent*, sæpe dicerent: Per hanc ısam pellem meam, per aridam hanc rem, has fores testor; per hunc gla-ı, hoc sceptrum aut telum juro.

ḷ. *Hebræi* nomen *Jehova*, id est *DEUS*, ʝuam pronunciare audebant, sed nomen *ıai*, id est *Dominus*, substituebant. Sed & erni Judæi non per totum nomen, sed iteras divisas jurare solent, dicereque: ı *per Jod, He Vau & Jod*.

'. Apud *Athenienses* novem Principes t, quibus Respublica erat concredita, :ùm eligerentur, religiosè jurârunt, se ʝuam *munera* accepturos.

;. *Areopagitæ* litium controversias non ·diu, sed *noctu* judicare solebant, ut pro- ab omni affectu, qui animos in diver- agit, ferre possent judicium.

'. *Athenienses* ante judicantium conses- mactârunt porcellum, ejusque sanguine *:a* judicantium asperserunt, ut scirent, in- ntium sanguine se aspersum iri, si inno- em funderent.

:. *Parthi* liberis suis non ante præbuêre ım; quàm cursûs, jaculandique certa- : suspectô, sudore circa capita diffuso, permaduissent.

Ͽ. Apud *Romanos* nemo in civem Roma- fuit admissus, nisi priùs manibus illius

contrectatis, quæ si molles ac teneræ deprehenderentur, ùt effæminatus rejiciebatur; si verò *duræ* & *asperæ*, ùt dignus jure civitatis admittebatur.

60. *Indorum Virgines*, cùm nubiles esse cœperint, in publicum à parentibus pro jucuntur, & accurrente juvenum multitudine, libera illis datur optio, ex hac juvenum turba virum sibi seligendi, quem virtute aliqua insigniter præstantem putent. Idem mos erat apud *Catthos*, Germaniæ populos.

61. In regno *Magor* novi conjuges instante nuptiarum die priùs sepulchra obeunt, & reserata sedulò contemplantur.

62. Apud *Sacas*, si quis puellam uxorem ducere cupit, pugnam cum ea suscipit; si illa superior sit, *captivum* adducit, atque imperium in illum obtinet; sin inferior, regitur ab ipso.

63. Apud *Romanos* olim cùm sponsa domum duceretur, non licebat illi transcendere *limen* domus, sed sublata à pronubis portabatur, ut intelligeret, se à sponsi thoro separatum non iri, nisi mortuam.

64. Apud eosdem *ignis* & *aqua* præferebatur *Sponsæ*, ut meminisset, se adhærere marito debere, etsi solùm igne & aquà frui liceret.

65. Apud *Turcas* hodie permittitur, tot uxores ducere, quot commodè quis valet *alere*. Mahometes eorum Antesignanus 13. uxores habuisse legitur. Immò Turcæ di-

tiores facilè 40. uxores diversis locis conclusas habent, quas ab Eunuchis curant servari.

66. Apud *Sinenses* contractus *matrimoniales* à solis parentibus sponsi & sponsæ fiat, non petito eorum consensu.

67. *Ægyptii* ante *trigesimum* ætatis annum, & *Lacedæmonii* ante *vigesimum quintum* non solebant inire matrimonium propter fœcunditatem. Nunc ad valorem matrimonii, jure Ecclesiastico requiritur annus 14. Viri, & 12. fœminæ completus; nisi tamen malitia ætatem suppleat.

68. Apud *Holsatos* Lex erat, ut nobilis nobilem, liber liberam, servus servam duceret, secus faciens, vitam amitteret.

69. Apud *Turcas* pecuniam Sponsus numerat patri Sponsæ, neque enim Sponsa apud eos dotata viro traditur; sed futurus Maritus certam pecuniæ summam ipsius filiæ parenti numerat, priusquam eam ad se introducat, quæ pecuniæ mox in cultum & ornatum sponsæ impenduntur.

70. Apud *Babylonios* nubiles virgines in unum locum congregantur, & circumsistenti virorum frequentiæ à Præcone sigillatim secundùm ordinem formæ venduntur.

71. Apud *Tibarenos*, Scythiæ in Asia populos, si mulieres pepererint, viri velut ægritudine simulata in lectulis uti *puerperæ*, decumbunt, virisque his jacentibus ministrant uxores.

72. *Persæ* adeò abominati sunt *mendacium*, ut turpissimum haberetur, mentiri, & ære alieno laborare.

73. *Indi*, si quem in mendacio deprehenderint, ignominiâ notârunt, & de Magistratu amoverunt.

74. Apud veteres *Francos & Suecos* cogebantur mendaces, impudentiæ symbolum, *canem* in humeros sublatum circumferre.

75. In Insula *Tenedo* ponè Judicem semper *carnifex* cum securi adstabat, ut, si quis falsò aliquem accusâsset, vel testatus esset, aut aliud mendacium dixisset, mox securi feriretur.

76. Prisci *Ægyptiorum Sacerdotes* suo Principi *saphirum*, veritatis symbolum, in collo appendebant, ut eum monerent, quantopere veritatem amare, & mendacium odisse deberet.

77. Apud *Spartanos* tantæ modestiæ erant *Juvenes*, ut in via manus non nisi intra pallium continerent, silentiô incederent, nusquam circumspicerent, oculos humi defixos gererent.

78. *Romani* olim *Censores* constituerunt, quorum primarium fuit officium, ad morum emendationem attendere.

79. *Sinenses* neminem otiari permittunt, quod usque adeò observant, ut *cæci* etiam in pistrino laborare, *claudi* verò, aut aliter pedibus malè affecti, manibus laborare cogantur.

80. In

80. In *Bithynia* lapidati sunt ii, qui in *otio* ierunt deprehensi, præter pueros & senes.

81. *Hartabus*, Hircaniæ Rex, *talpas* capiebat. *Europus*, Macedoniæ Rex, Lidiæ filô *ranas* colligebat. *Ptolomæus* omnium artificum *tabernas* obambulabat. *Domitianus* Imperator quotidie per aliquot horas se in cubiculo abscondebat, & muscas stilô configebat; Hinc percunctantibus, quis cum Imperatore esset? Responsum: *Ne musca quidem*.

82. Apud *Arabes* consanguinei omnia habent *communia*; maximus tamen ætate præcedit cæteros.

83. *Carmani* percussâ faciei venâ, perfluentem inde sanguinem vinô permiscent, propinantque, amicitiæ finem statuentes, sanguinem gustâsse mutuum.

84. *Indi* festum agunt diem, si Regi *capilli* abluuntur.

85. *Lacedæmonii* usum *furandi* impunè concedebant; eò quòd furandi solertia acueret animos adolescentium, atque adeò pro bello aptos redderet.

86. *Troglodytæ* inter se acriter certantes, si *anus* adveniat pacem præcipiens, mox obediunt, & pacem ineunt.

87. *Turcæ* Cænaculum montis Sion, in quo SS. Altaris Sacramentum institutum fuit, ingressuri, præ reverentia sese discalceant, neque oris sui salivam in illud exspuere audent.

88. *Romæ* in hac unica Urbe 30. *millia* falsorum Deorum, Dearumque olim colebantur, & adorabantur: in Insula *Rhodo* 74. millia: in *China* priori sæculo, teste P. Kirchero, 33. Milliones.

89. In *Sicilia* olim culices & muscæ pro Diis habebantur, & divinis honoribus colebantur: in *Arabia* canes & simiæ: in *Africa* serpentes & dracones: in Ægypto feles & crocodilli. In aliis regionibus sterquilinium, cloaca, pestis, febris, & millena similium monstrorum.

90. In *Germania* inter præcipuos Deos numerabantur Sol, Luna, Mars, Mercurius, Jupiter, Venus, Saturnus vel Sater: illisque varia pecora immolabantur, Mercurio quandoque etiam homines; idque non nisi in silvis & montibus.

91. *Græci* ante reliquos cibos, *sal*, veluti amicitiæ Symbolum, apponebant, & vino madentes, oleô perungebant & sale, id optimum adversus ebrietatem remedium esse putantes.

92. *Romani* olim *lactuca* esu cœnam finiebant, somni conciliandi causâ. Postero verò die appetitum excitandi gratiâ, primô locô lactucam sumpserunt.

93. Veteres *Germani* non nisi butyrum lac & caseum comedere solebant; in quibusdam Germaniæ partibus etiam carnes equorum.

94. La-

94. *Lacedemonii* comederunt serpentes; *Phryges* ac *Pontici*, vermes: *Budini*, Scythiæ populi, pediculos: *Zigantes* Afri, simias: *Corsicani* catulos: *Tartani* equos, quorum capita in deliciis habuêre, & non nisi insignioribus apposuerunt.

95. *Romani* ter de die solebant sumere cibum: *Jentaculum* manè: *Prandium*, seu Merendam meridie: *Cœnam*, seu Vespernam vesperi sub horam diei nonam ab ortu.

§. 3.

Observationes Rusticæ circa constitutionem tempestatis.

JANUARIUS.

* *A Jano, Italiæ Rege, dictus mensis; Janus autem ab Hebraico Jain, quod vinum sonat; atque ita veteres Noë appellârunt.*

1. Calendis Januarii Venti sub noctem orti pestem designant. Serenitas abundantiam piscium, vini, frugum promittit. Januarii initium & finis sereniora annum universum felicem signant.

2. Circa Calendas Januarii ligna præcisa non putrescunt, imò lapidescunt, nec vermibus deinceps sunt obnoxia.

3. Die 22. Januarii S. Vincentii serenitas, adundantiam vini ac frumenti indicat.

4. A Festo Nativitatis dies singulos ad Menses referunt Rustici, & primam Januarii, quæ est Octava Nativitatis, Augusto utpote octavo Mensi, assignant, secundam

Septembri, tertiam Octobri, quartam Novembri, quintam Decembri accommodant, & harum dierum serenitate & qualitatibus prædictos Menses metiuntur.

5. De Conversione S. Pauli, hi Rusticæ Minervæ versiculi sunt:

Clara dies Pauli, bona tempora denotat Anni,
Si fuerint venti, designant prælia genti.
Si fuerint Nebulæ, pereunt animalia quæque,
Si nix aut pluvia, tunc fient tempora cara.

6. Si bonus est Januarius, totum Annum bonum futurum putant. Si nives raræ frumentum ac vineas debilitari judicant.

FEBRUARIUS.

* *A februando dictus mensis. Februa autem per dies continuos duodecim mensis Februarii celebrabantur, quibus pro defunctorum quiete, omnis populus piaculis sacrificiisque, intentus erat.*

1. Si sol splenduerit Maria purificante, Majus erit frigus, post festum, quàm fuit ante.

2. Serenitas Festi Purificationis, copiam ciceris denotat.

3. Februarius calidior, Martium frigidiorem signat.

4. Si frigus incidat die Cathedræ S. Petri, solet illud durare 14. dies, juxta illud:

In Petri Cathedrâ frigescit quando diebus,
Durabit frigus tunc quater atque decem.

5. Ex tempestate die Cinerum totam Quadragesimam, Rustici similem fore conjiciunt.

6. Ven-

6. Venti hoc Mense à Septentrione flantes, signum optimum sunt fertilitatis.

7. *Aspera si non sævit hyems in Mense secundo,*
Crede mihi in sancto Paschate frigus erit.

8. Circa 22. hujus, frigus constans continuandam hyemem denotat.

9. Alauda, quot diebus ante Purificationis festum auditur, totidem deinceps conquiescit.

MARTIUS.

**Hunc Mensem Romani à Marte appellant. Hebræi à satione Adar vocant, quia nunc vel maximè Coloni in satione agrorum occupantur. Martius Mensis initium anni priscis fuit, quòd eo orbis conditus esset, eoque singulis quasi annis terra removetur.*

1. Si nix in Martio cadit, segetibus est periculosa.

2. *Cum siccus fuerit, bona tempora denotat anni.*
Martius, & frugum fertilitate beat.

3. Martius siccus, Aprilis humidus, Majus frigidulus, cellas & horrea replent.

4. Quot Martius nebulas, tot imbres tempestuosos Annus habet.

5. Tonitrua Martii ubertatem anni præsignant.

6. Grues & Anates maturè advolantes, ver & tempora calida prænunciant.

7. Festi Annunciationis, ante solis exortum serenitas, felicitatem anni nunciat.

8. Si pluat die Veneris Sancto, sperant coloni fertilem annum.

9. Si

9. Si pluat Dominicâ Paschatis, omnibus diebus Dominicis, ad Pentecosten idem futurum.

APRILIS.

* *Aprilis ab aperiendo terra, imo à partu rerum omnium vegetabilium sic dicitur, cùm nunc arbores in folia, omnia prata hortique in flores erumpant.*

1. Aprilem humidum amant Rustici.

2. Si 14. hujus, non omnia prata vireant, infœcunditatem anni ominantur coloni.

3. Quamdiu ante Festum S. Marci ranæ coaxant, tamdiu postea conticescunt, juxta illud;

Ante diem Marci strepitum quot rana diebus
Edit, pòst illum tot quoque muta silet.

4. Palmæ ùt plurimum in nivibus, si purificatio in floribus.

5. Palmarum serenitas ubertatem signat.

6 Pluviæ Parasceves siccitatem anni; Paschatis pluviæ pabuli inopiam & siccitatem, serenitas verò copiam & ubertatem promittunt.

7. Post primùm tonitru hoc mense pruinæ non timentur.

8. Habetur experientiâ, tot pruinas cadere post S. Georgium, quot fuêre præteritô annô ante S. Michaëlem.

MAJUS.

* *Majum, à Deo Maja alii à Majoribus dictum volunt; nonnulli à Madio, sive Madido, quòd hic plerumque Aprilem imitetur.*

1. Fre-

1. Frequentia tonitrua hoc menſe fertilitatem nunciare dicuntur.

2. Humidô Aprilî & Majô ſequitur ordinariè ſerenus & favens omnibus plantis Junius.

3. *Cùm tuus eſt Jacobe dies, & Sancte Philippe,*
Nil ſegetes duro frigore pejus habent.

4. Aſcenſionis vel modicæ pluviæ, pabuli inopiam, ſerenitas copiam deſignat.

5. Majus frigidiuſculus, non frigidus amatur.

6. Pentecoſtes pluviæ nil boni ſignare putantur.

7. Si Majus eſt pluvioſus, vini exiguus erit introitus.

8. Corporis Chriſti ſerenitas laudatur.

9. Ex clara die Urbani, optima quæque ſibi pollicentur Ruſtici.

10. S. Pancratii Feſtum ſerenum Viticolæ optant.

JUNIUS.

**Menſis hic nomen ſuum, ut non pauci, à Junio Bruto trahit.*

1. Pluvias Maji frequenter imitatur Junius, quæ, niſi ſint nimiæ, impleant horrea.

2. Nicodemi & Medardi ſerenitas celebratur plurimùm.

3. Si pluat in Feſto S. Medardi, 40. inſequentibus diebus humida aura timenda.

4. Ex aëris conſtitutione, quæ fuerit

circa

circa Festum S. Medardi, de tota mensis tempestate conjectura fieri solet.

5. Si tonet hoc mense, agri sunt feraces, sed aër insaluber.

6. Dum floret sambucus (Holderstaud) eodem tempore floret & vinum.

7. Si dies S. Joannis sit pluviosus, & eodem die pluat, etiam quatuor sequentibus diebus pluet.

8. Baptistæ fuerit cùm lux pluviosa Joannis,
Ingrati Messis, plena caloris erit.

9. Quò propiùs S. Joannis cuculus cantare incipit, eò viliori pretio erit frumentum anno illo.

10. Cùm recolit Petri, Paulique Ecclesia Sancta
Martyrum, radix frugibus emoritur.
Tunc maturescunt segetes, noctesque diesque.
Approperatque cito messis amica pede.

JULIUS.

** Julii Cæsaris natalis mensis, ab ipso cognominatus est, Quintilis olim dictus.*

1. Canicula sub 13. Julii oritur juxta versiculum vetustum;

Margaris os canis est, caudam Laurentius addet,

2. Canicula in ortu turbida prænunciat pestem; clara autem anni salubritatem.

3. Die secundo Julii si pluat, 40. dies similes sequentur.

4. Si

4. Si formicæ hoc mense magnos cumulos construxerint, frigidum annum exspecta.

5. Quando aër Jacobi lucidus est ante diem, Implentur variis frumentis horrea.

6. Hoc mensé lunâ plenâ canes frequenter in rabiem aguntur; contra eorum morsus, sunt fluviatiles cancri in pluveres redacti & in dosi unius cochlearis in limpida aqua, vel vini sumpti.

7. Maximam ubertatem sequitur plerumque sterilitas; exhaustæ sunt enim agrorum, arborumque vires.

AUGUSTUS.

**Sextilis olim dictus, octo tamen ante Nativitatem Salvatoris annis solemni Senatûs decretô, ab Octavio Augusto, cognominatus hic mensis est.*

1. Serenitas Augusti vino utilis, maximè sub Festum S. Laurentii, uvæ tunc maturæ præstantiam vini pollicentur.

2. Assumptio B. V. Mariæ serena copiam vini denotat, juxta versum hunc:

Alma Dei Genitrix, quæ luce assumpta putatur,
Promittit solis suavia vina jubar.

3. Bartholomæus est primus Sanctus Autumnalis, cujus dies, si clara fuerit, subsequetur bonus Autumnus.

SEPTEMBER.

**Septimus nimirum Veterum instituto mensis, quibus Martius primus & anni initium fuit.*

1. S. Ægydius ſerenus 4. hebdomadas ſerenat.

2. Ex ſerenitate Autumni fit hyems frigida.

3. Calidiorem Autumnum, ordinariè diuturnior ſequitur hyems.

4. Si folia arboribus pertinaciùs adhærent, gravis hyems exſpectanda.

5. Si anſeres ſylveſtres diſcedant, *hyems* appropinquat.

6. Si voles anni futuri ſtatum præſcire, circa Feſtum S. Michaëlis glandem apertam inſpice. Si araneolum intùs inveneris, infelix annus erit; ſi vermiculum, bonus & ferax erit; ſi nihil, lues per corpora graſſabitur.

7. Si poſt Feſtum S. Michaëlis in globulis gallarum reperiantur vermiculi, ubertatem frugum promittunt; ſi muſcæ, portendunt bella; ſi aranæi, minitantur peſtem.

8. Hoc menſe aperi pomum; ſi vividum eſt pomum, & integri ſucci, fertilis æſtas erit; ſi intus madidum, æſtas humida erit; ſi ſiccum & macilentum, ſicca erit æſtas, & ſterilis.

9. Si circa Feſtum S. Matthæi ſerena tempora fuerint; copioſum vinum ſequenti anno promittunt.

10. Si hoc menſe tonet, futurus annus fertilis in frumento & fructibus ſperandus.

OCTOBER.

**Octavus nempe Veterum inſtituto menſis.*

1. Arborum folia citò delapſa, fertilitatem

tem anni ſequentis notant; ſeriùs delapſa, grande hyemis frigus denotant.

2. Quando in ſylvis eſt bona ſaginatio & proventus glandium uberior, tunc multæ nives, hyemsque aſpera futura exiſtimatur. Multæ autem nives fœcundam meſſem prænuntiant.

3. Quôt diebus durat nix, quæ hoc menſe cadit, talis erit hyems, hoc eſt, brevis vel longa.

4. Quotâ die Octobris ningit, toties ningit in hyeme, ut ſi v. g. 20. Octobris ningat, vigeſies ninget per hyemem.

5. Quando oves veſperi coactè domum abiguntur; plerumque pluvium, vel nives præſentiunt.

NOVEMBER.

* *Nonus veterum inſtitutô Menſis.*

1. Hujus Menſis conſtitutionem Martius imitatur.

2. Si in Novembri fuerit nivis multitudo, proderit agris magnopere.

3. Circa Feſtum omnium Sanctorum de quercu vel ſago amputetur ramus, qui ſi fuerit aridus, hyems erit dura: ſi madidus, madida.

4. De Feſto S. Martini Ruſticæ Minervæ ſunt verſiculi ſequentes.

Illa dies totô fuerit ſi nebula cœlô,
Inconſtans frigus, turbida fiet hyems.
Sin verò Phœbus pelluxerit æthere claro.
Intenſum frigus, ſicca ſequetur hyems.

P. Schreg. Stud. Jov.

5. Os pectoris anseris circa diem Martini album significat nives; nigrum pluvias.

6. *Festo Martini, ex musto fit copia vin*

Si folia ex arboribus maturè decidunt, satio verna pariter tempestiva erit; tardior erit, si folia tenacius & diutiùs adhæreant.

8. Nives si ceciderint, antequam terra congeletur, sementem putrefaciunt.

DECEMBER.

* *Decimus Veterum institutô Mensis.*

1. Tonitrua Decembris ventorum copiam significat.

2. *Quando prata virent Natalis tempore Christi,*
Paschatis in Festo, tum nive tecta latent

3. Si Nativitatis nox diesque sacra absque nubibus sunt, copia frumenti, vini & piscium erit; si venti & pluviæ, pestem prænuncian

4. *Cùm Lunâ crescente redit Natalis JEsu*
Tunc annus sequitur fertilis, atque bonu

*
* *

Ex prædictis his observationibus aliqu nullo nituntur principio physico; adeóqu prorsus sunt incertæ, nonullæ verò habe aliquod fundamentum physicum, adeoqu sunt probabiliores, non tamen omninò i fallibiles & certæ; astra quidem inclinant non autem necessitant. Nos omnia ad n num & beneplacitum Optimi Numinis r ferimus, ipsumque cum Davide ventos thesauris suis producere confitemur.

§.

§. 4
Observationes Medico-Hortenses.
1. *Ruta*, Raute.

Ruta cum ficubus & amygdalis dulcibus
ıanè sumpta, à veneno præservat. Ejus
ıccus tollit obscuritatem oculorum, san-
uinem è naribus manantem sistit, atque
ırium dolorum sedat.

Nobilitas Rutæ hæc, quòd lumina reddit acuta.
Cruda comesta recens, oculos caligine purgat.
Coctaque ruta facit de pulicibus loca tuta.

2. *Salvia*, Salbey.

Vinum, vel aqua, si cum salvia coquatur,
ellit urinam, & juvat contra frequentem
htysicorum tussim, ac defluxiones frigidas
ε capite. Si simili aquâ, vel vinô præser-
m vesperi frequenter eluatur os, liquore
›, aliquamdiu intra dentes retento, mo-
les confortantur dentes.

Salvia cum ruta faciunt tibi pocula tuta.
Salvia confortat nervos, manumque tre-
morem.
ur moriatur homo, cui salvia crescit in horto?
. Contra vim mortis non est medicamen in
hortis.

3. *Anisum*, Anis.

Aperit, calefacit, & fortificat omnia in-
riora hominis: pellit flatus: juvat ad
ıncoctionem: confortat stomachum, &
sum emendat, juxta illud:
mendat visum, stomachum confortat Anisum.

4. *Rosmarinus.*

Purificat sanguinem: confortat cor: clarificat oculos: tollit obstructiones hepatis & lienis. Rosmarini suffitus pestiferum ac contagiosum aërem dispellit. Idem suffitus attractus pro os & nares, & contra tussim ac catarrhum, purgat cerebrum, & omnes frigidos fluxus detrahit.

5. *Absinthium*, Wermuth.

Ejus suceô purgatur lien & splen in homine. Juvat plurimum contra corrosiones stomachi, & contra alterationem ex esu venenatorum fungorum. Expellit è corpore bilem.

6. *Majorana*, Majoran.

Vinum, vel aqua, cum Majorana cocta, plurimùm prodest contra hydropem, & corrosiones, vel eructationes stomachi, alleviat quoque respirandi difficultatem. Contra tinnitum aurium juvant plurimum aliquot guttæ ex succo Majoranæ, in aures immissæ. Majorana ad confortationem cerebri atque memoriæ inprimis conducit.

7. *Carduus Benedictus*, Cardobenedict-Kraut.

Hæc herba veneno & pestilentiæ resistit, expellit è corpore bilem, lumbricos interficit, tertianas febres sanat, corrosiones stomachi sedat, vertiginem capitis atque obstructiones hepatis & lienis tollit; sive potus ex ea fiat, sive ejusdem folia cruda, vel sicca in pulveres redacta sumantur.

8. *Tabacum.*

Ad sananda vulnera recentia, melius remedium inveniri vix potest, quàm Tabacum; illico enim sanguinem sistunt folia ejus virescentia, eaque glutinant. Fumigatio tabaci matutina, per os & nares excepti, censetur esse proficua; mitigat enim, imò penitùs tollit dentium dolores, noxiosque humores è corpore pellit.

9. *Allium*, Knoblauch.

Allium est præsentaneum tussis & raucedinis remedium. Accipe duo vel tria capita Allii, eaque benè mundata tere, &cum porci pinguedine ad ignem liquefacta misce, donec unguentem fiat. Vesperi antequam cubitum eas, calefac pedes, & unguento prædicto unge, pannisque circumliga; deprehendes, manè omnem recessisse raucedinem.

Allia qui manè jejuno sumpserit ore,
Hunc ignotarum non lædet potus aquarum,
Nec diversorum mutatio facta locorum.

Item:

Allia, Ruta, Pyra & Raphanus cum Theriacâ Nux.
Præstant antidotum contra lethale venenum.

10. *Crocus*, Saffran.

Anhelosis, seu difficultate respirandi laborantibus, mirificè prodest *Crocus*; è contrario insensus est cerebro, & copiosus ejusdem usus risum ciet, non sine gravi nonnunquam periculo. *Crocus* contritus, si cum medulla panis & lacte permisceatur, &

sic apponatur ulceri, dolorem ejus sedat illudque facit maturescere.

11. *Pimpinella*, Bibernell.

Hæc herba contra hydrophobiam tantam vim obtinet, ut quicunque eam aliquot diluculis, vel in acetariis, vel alio modo sumpserit, nihil incommodi sentiat. Si folia illius conterantur, & instar emplastri vulneri apponantur, omnis generis sanguinis fluxum in homine sistunt.

12. *Betonica*, Betonien.

Hæc herba ad omnes fermè morbos utilis est, ita, ut ejus virtus describi vix possit. Sume quotidie manè aquam, in ea coctam, instar Thee, & virtutem ejus experièris.

13. *Scorzonera*, Scorzoneren.

Herba hæc contra viperarum morsum præsentaneum est remedium. Ut prosit, succum ejus haurire necessè est.

14. *Buxus*, Buxbaum.

Flores Buxi adeò sanguinem purgare feruntur, ut, si post sumptam unam drachmam pulveris, ex his floribus confecti, vena interposito unius horæ spatio, incidatur, sanguis floridus emanet, qui antea fæculentus fuerat.

15. *Cinnamomum*, Zimmet.

Tantæ ad sanitatem conservandam, vitamque prolongandam, est efficaciæ Cinnamomum, ut Botanicus quidam exclamet: *Cur moritur homo, qui utitur Cinnamomo?*

16. *Fri*

16. *Fraxinus*, Eschbaum.

Succus ex ligno fraxini diſtillatus ac potatus, præſentiſſimum eſt antidotum contra veneuum. Si hujus ligni fruſtulum manu illius lateris, in quo nares ſanguinem ſtillant, teneatur, donec incaleſcat, ſanguis ſiſtitur; imò ſi hujusmodi fruſtula ambabus manibus teneantur, adeò ſiſtitur ſanguis, ut ne gutta quidem è ſcarificatione effluat. Hujus rei experimentum fecit quidam ex Ordine S. Franciſci, & verum eſſe deprehendit.

17. *Petroſolynum*, Peterſilgen.

Seu *Apium hortenſe*. Hæc herba frequenter in eſum adhibita, tollit fœtidum oris halitum: prodeſt contra calculum & arenam: prodeſt quoque hydropicis, obeſt è contra iis, qui morbo caduco laborant.

18. *Apium Luſitanicum*, Zeller.

Juvat ad concoctionem, ſtomachique malas affectiones ſublevat, atque ſanguinem purgat.

19. *Articocha*, Artiſchock.

Si radices ejus coquantur in aqua, atque hæc in potum ſumatur, proderit ea contra regium morbum, & hydropem, tolletque totius corporis fœtorem.

20. *Aſparagus*, Spargel.

Si in vino coquatur *Aſparagus*, atque hoc in potum ſumatur, potenter pellit urinam, calculumque in homine confringit. Ejus radices, malè affecto denti ſuperimpoſitæ, ejusdem dolorem ſedant; ſi verò in pulve-

rem redigantur, dentisque radici supponantur, eundem sine omni dolore evellunt.

21. *Borago*, Boretsch.

Frequens *Boraginis* usus sive in cibis, sive in lactuca, oppressiones cordis alleviat, illudque exhilarat, & confortat, atque sanguinem purgat.

22. *Coriandrum*, Coriander.

Ejus semen præparatum, os ventriculi benè claudit, somnumque placidum conciliat.

23. *Cichoria*, Wegwart.

Hæc herba multùm prodest regio morbo obnoxiis, atque inflammatum jecur & hepar habentibus.

24. *Cuminum*, Kümmel.

Ventos ventris potenter pellit, sopitque corrosiones stomachi.

25. *Enula Campana*, Alantwurtz.

Enula campana reddit præcordia sana.
Cum succo Rutæ, succus si sumitur ejus,
Affirmant, ruptis quòd prosit potio talis.

26. *Endivia*, Endiven.

Endivia cocta juvat regio morbo laborantes, ac eos, quibus hepar consumi, ac putrescere incipit. Succus ex ea expressus, si duobus diebus jejunô stomachô bibatur, liberat à sputu sanguinis. Si verò conteratur *Endivia*, & pectori, ex sinistra parte applicetur, cordis deliquia ac dolores sedat.

27. *Persica*, Pfersichäpfel.

Persica mala cum croco cocta in vino, prosunt contra tumorem gutturis & suffoca-

eationes, gravesque respirationes pectoris. Si comeduntur ante cibum magis prosunt, quam post cibum.

28. *Basilica*, Basilien-Kraut.

Basilicæ odorem vitare debent, qui capitis dolore laborant; illius enim olfactu dolor augetur.

29. *Hyssopus*, Isop.

Hæc herba multum prodest Physicis. *Hyssopus* cum Ruta modicóque melle excocta in aqua, servit contra suffocationes, tussimque tollit inveteratam.

30. *Lavendula*, Lavendel.

Lixivium ex *spica Nardi*, & *Lavendula* factum, confortat cerebrum, capitisque dolorem pellit. Balneum verò ex iisdem herbis, valde proficuum est contra morbos frigidos, puta: puncturas, apoplexiam, léthargum, spasmum, chyragram, nervorumque contractionem.

31. *Amygdala*, Mandelkern.

Amygdala dulcia laxant ventrem, stomachi corrosiones collunt, somnum conciliant, urinam pellunt, & ebrietatem præpediunt. *Amygdala amara* prosunt contra suffocationes & tussim. Si eorum amaritudo saccharô temperatur, pectus purgant, utque eos, qui sanguinem spuunt, sanant.

32. *Melissa*, Melissen.

Vinum cum *Melissa* coctum, purgat atram bilem, recreat cor hominis, phlegmata expurgat, prodestque contra venenum &

 pestem.

pestem. Aqua verò cum Melissa cocta, & moderatè calida aliquamdiu in ore retenta, sedat dolorem dentium.

33. *Mentha*, Müntzen.

Mentha contusa, & sale mixta juvat contra rabidi canis morsum. Si verò in pulveres redigatur, modicoque aceto immisceatur, & per modum emplastri applicetur stomacho, tunc juvat eos, qui cibum retinere non valent. Lixivium ex hac herba factum, *scabiem* capitis tollit.

34. *Pulegium*, Poley.

Pulegium in pulveres contritum, aceto immixtum & naribus admotum, præstans est remedium contra deliquia. Iidem pulveres farinæ hordeaceæ immixti, sacrum ignem extinguunt; appositi ad partem corporis spasmô laborantis, eundem repellunt.

35. *Serpillum*, Quentel.

Si *Serpillum* in aceto cum melle coquatur, prodest plurimum contra sputum sanguinis; in aqua verò coctum, pellit calculum, promovet arenam, sedat corrosiones stomachi, ejusdemque interiora vulnera ac læsiones sanat.

36. *Fœniculum*, Fenchel.

Herba hæc non tam alimentum, sed potiùs ad medicamentum adhiberi solet: Præcipuas ejus virtutes indicant hi sequentes versus:

Semen fœniculi febres fugat, atque venenum,
Et purgat stomachum, lumen quoque reddit acutum.

37. La-

37. *Lactuca*, Lattich.

Lactuca utpote frigidæ naturæ refrigerat stomachum, ac laxat; conciliat somnum; acuit apetitum, sitimque extinguit, ac obtusum visum acuit. Si ante potum comeditur, ebrietatem impedire dicitur.

38. *Portulaca*, Burgel-Kraut.

Hæc herba dentes mobiles ac debiles firmat. Si alligatur fronti hominis, capitis dolores, atque sic misceatur cum melle, & disrupta pellis labiorum inungatur, eandem persanat.

39. *Pyrethrum*, Bertram.

Prodest contra dolorem dentium, si ejus radices coquantur in aceto, & hoc calidum teneatur in ore.

40. *Sinapi*, Senff.

Sinapi, si in pulveres redactum, attrahatur per nares, liberat caput à catarrho. Si autem coquatur, & ejus succus aliquamdiu in ore retineatur, sedat dolore dentium, præsertim si is proveniat à fluxibus frigidis.

Est medicum granum, siccum calidumque Sinapi.

Dat lacrymas, purgatque caput, tollitque venenum.

41. *Cepa*, Zwibel.

Ejus succus omnes oculorum maculas eluit. *Cepa* in cineribus assa, partique adustæ corporis apposita, illam persanat; contusa autem, & cum aliquot ficubus ac melle juxta applicata ulceri, illud maturescere fa-

facit. Cæterùm ajunt: *Allium & Cepa sunt Rusticorum Theriaca.*

24. *Rapa*, Rübe.

Rapa juvat stomachum, novitque producere ventum.
Provocat urinam, præstatque in dente ruinam.

43. *Raphanus*, Rettich.

Est antidotum contra lethale venenum. Si quis jejunô stomachô cortices raphani comedit, illa die nullum ei venenum nocebit. *Raphanus niger* scissus in latum per partes, si apponatur plantæ pedis, extrahit nocivum calorem, tum ex febribus, tum ex peste. Succus ex *Raphano* expressus prodest contra hydropem. Idem in vino dulci ante balneum sumptus, tollit morbum regium.

44. *Pisum*, Erbs.

Est inflativum cum pellibus, atque nocivum,
Pellibus ablatis, sunt bona pisa satis.

45. *Fragum*, Erdbeer.

Fragorum aqua vel acetum, præsens remedium est contra calculum & arenam. Succus ex fragis expressus tollit omnes pustulas ac maculas ex calore interno ortas.

46. *Pyrum*, Birn.

Pyra utpote frigidæ naturæ, debilioribus stomachis non prosunt; minus tamen nocent, si post mensam sumantur. Cocta magis conducunt, quam cruda.

Cruda gravant stomachum, relevant sed cocta gravatum.

47. Po-

47. *Poma Cotonia*, Kütten-Aepffel.

Hæc poma os ventriculi benè claudunt, ſomnum placidum inducunt, confortant ſtomachum, fluxumque ventris ſiſtunt. Succus ex iis coctus, maximè prodeſt in vomitu cruento.

48. *Cerusum* Kirſchen.

Expurgat ſtomachum, lapidem tib nucleus aufert.

§. 5.

Obſervationes circa Medicinas ſumendas.

1. Medicè, hoc eſt, modicè, ſive ſobriè ac temperanter vivendum eſt. Vulgò quidem jactari ſolet: *Medicè vivere, eſt miſerè vivere.* Ad hoc non hominum ſapientum, ſed deſipientis plebeculæ diverbium eſt; etenim vita *Medica*, ſive *Modica*, ſuperfluitatem excludens, eſt vita ſana, deliciosa, ac diuturna; ac proinde fortunata, & votis omnibus expetenda eſt.

2. Medicamentis valdè moderatè, & nunquam ſine vera neceſſitate utendum. Pannus, dum lavatur, fit nitidior quidem, crebriori tamen lotione ita atteritur, ut demum pertundatur; ſic prorſus humanum corpus crebrioribus medicamentis exſiccatur, attenuatur, ut tandem penitùs corrumpatur, & in tabem abeat. Unde Gallenus, Medicorum Princeps, non horruit dicere: *Cavete à nobis quantùm poteſtis.*

3. In-

3. Invaletudinem satis cavet, qui semel, iterumque per annum alvi ductione corpus eluit. At sunt homines, tam perditè sui amantes, ut putent, valetudinem sibi constare non posse, nisi omnes penè Pharmacopolarum ollas & pyxides liguriendo exhauriant. Hi sanè ipsis sanitatis adjumentis præmaturam sibi mortem accersunt. *Mors in olla.*

4. Medicamentis violentis, sive purgantibus, sive confortantibus, tanquam venenis abstinendum est.

5. Vigente gelu, aut fervente æstu corpus lædunt medicinæ.

6. In hyeme sumendæ sunt medicinæ purgantes per alvum, in æstate vomitum procurare solitæ.

7. Qui sumpta potione medicâ, dum purgantur, non sitiunt, ii purgandi finem non faciant, donec sitiverint.

8. Utiliter sumuntur Medicinæ, lunâ degente in signis humidis, præsertim in *Cancro* & *piscibus*; non ita utiliter, dum est in signo *libræ*.

9. Observare numerum pilularum, superstitiosum est; cùm numerus rerum, quà talis, nihil omninò operetur, sitque eadem virtus activa, v. g. in centum libris piperis, quæ est in centenario uno, & eadem in quatuor majoribus, quæ in quinque vel sex minoribus pilulis æquè ponderantibus: eadem innumero pari, quæ in impari.

10. Sæ-

10. Sæpius ſumatur *Theriaca*; hujus enim vis eſt mirabilis contra ſenectutem, & venenum.

11. *Aloë*, *Cubebæ*, & *Myrobalani* in primis conducunt ad firmam valetudinem litteratorum.

12. Singulis ſeptimanis manè ſumi poteſt *acetum ſcyllitium*; cui tamen, ſi quis ſit ſenex, ob ſtomachum, paululum cinnamomi, gingiberis, & cardamoni addendum eſt. Acetum hoc mirè juvat ad ſanitatem conſervandam, vitamque prolongandam.

13. Hyberno tempore vinum helenium, abſinthiacum, aut caryophillacium in prandio utiliter bibitur.

14. Nonnunquam prodeſt uti ad purgationem *Therebinthinâ Venetâ* avellanæ magnitudine. Similiter etiam conditum *gingiber* jejuno interdum profuerit.

15. Frigidum ſtomachum, aromatibus multi caloris velle curare, inſania eſt. Contrarium quidem contrariô curandum eſt, ſed modicè contrariô.

16. Hauſtus urinæ propriæ, vel pueri impuberis magno cum fructu contra peſtem bibitur.

17. Aqua frigida, ſi ad noctem quotidie bibitur, mirè juvat contra apoplexiam.

18. In febribus optimè prodeſt, uno die integro ab omni cibo potuque abſtinere. Cæterum vulgò dicitur: *Febres autumnales ſunt longæ, aut mortales*; præſertim quæ ad hiemem pertingunt.

19. Cre-

19. Crebra per annum purgatio, maxime conducit ad mitigandam podagram. Puer podagrâ non tentatur ante venereorum usum; neque mulier, nisi cùm menstrua defecerint.

20. Ad summos morbos, summæ ad unguem curationes adhibitæ, optimè valent.

21. Cùm summa est morbi vehementia, tum vel tenuissimo victu uti, necesse est.

22. Venam aperire, optimum est *Sanguineis*, si luna percurrit signa Tauri, Virginis, & Capricorni: *Cholericis*, si luna existit in Cancro, & Scorpione, ac Piscibus: *Phlegmaticis*, si luna fuerit in Ariete & Sagittario: *Melancholicis*, si est in Libra, vel Aquario.

23. Universalis Astrologorum regula est: *Ne ferrum tangat membrum, dum luna permeat signum, quod eidem dominatur.*

24. Si dolet *sinciput*, vena in pollice utiliter inciditur; si verò *occiput*, in fronte est incidenda.

25. *Tempora* aut *oculi* si doleant, posthumiculares venæ aperiendæ sunt.

26. Si *gingivæ* tument, vel defluentes cathari dolorem *dentium* aut *capitis* excitant, sub lingua sectio venæ est instituenda.

27. Si dolor *pulmonis*, aut *lienis* sentiatur, Salvatella aperienda est.

28. *Hydropicis*, intra pedum minimos digitos, vel pollices vena est incidenda.

29. Apertio venæ fieri debet completa stomachi concoctione, & serenô cœlô. Id quod etiam in sacrificatione observandum est.

30. A

30. A *sacrificatione* abstinendum est, in novilunio, & in defectu lunæ. Item si luna percurrat signa Leonis, Cancri, Piscium, & Geminorum.

31. Qui sunt incapaces phlebotomiæ instituendæ, ii sacrificatione utantur, qua sanguis non ita celeriter, aut violenter, sed lentè extrahitur: adeòque corpus minùs debilitatur. Unde juxta Gallenum, multis utilior est sacrificatio, quàm venæ sectio.

32. Contra *vertiginem*, & *dolorem oculorum* applicandæ sunt cucurbitæ vertici capitis.

33. Contra *doloros capitis* cucurbitæ applicandæ sunt fronti.

34. Contra *inferioris oris pustulas*, & *gingivarum tumorem*, cucurbitæ applicandæ sunt sub mento.

35. Contra *gravitatem capitis*, & *aurium dolores* applicandæ sunt cervici.

36. Contra *difficilem anhelitum*, & *cordis palpitationem* applicandæ sunt inter scapulas.

37. Contra *dolores Tibiarum* applicandæ sunt cucurbitæ lumbis.

CAPUT. XIII.

VARIA MEMORABILIA.

1. *Altitudo Cœli à Terra.*

Tantum spatium est de terra, usque ad convexum cœli stellati, ut si illinc devolveretur lapis molaris, impenderet 50. annos, priusquam terram attingeret. Et si quis

P. Schreg. Stud. Jov. Un recto

recto tramite scanderet ad convexum cœli stellati, & quotidie 20. milliaria conficeret, indigeret 8. millibus annorum, unde si Adam à sua morte cœpisset taliter ascendere, nondum eò pervenisset. Ad ipsum verò Cœlum Empyreum, seu Beatorum sedem, opus foret 16. millibus annorum.

2. Distantia à superficie terræ usque ad infernum.

Distantia à superficie terræ usque ad centrum illius, in quo est infernus, juxta doctissimorum Virorum calculum tanta est, ut si perforato terræ globo, per foramen decidens lapis molaris, quolibet minuto unum milliare absolveret, ad centrum tamen ante unum diem quinque horas & triginta minuta, non perveniret.

3. Magnitudo Stellarum.

Stellæ fixæ *primæ magnitudinis*, centies & ampliùs majores sunt, quàm tota terra. *Secundæ magnitudinis* nonagesies. *Tertiæ* septuagosies. *Quartæ* quinquagesies quater. *Quintæ* vigesies sexies. *Sextæ* decies octies. Similiter ex Planetis *Sol* centies & ampliù major est terrâ: *Saturnus* vigesies & bis: *Jupiter* decies & quater. Reliqui verò Planetæ quamvis terrâ minores sint, omnes tame sunt immensæ vastitatis.

4. Velocitas Planetarum.

Luna juxta Astrologorum calculum, uni horulæ spatio plus absolvit itineris, quàm totum terræ ambitum percurreret; na

1301

12015. milliaria quavis horâ cursu suo conficit.

Sol suo cursu tam velox est, ut 24. horis circulum suum peragens, unâ horâ percurrat 1140000. milliarium, id est unam millionem, & centum quadraginta millia milliarium; quod tantundem est, ac si terræ ambitum & gyrum circumcureret quinquagies. Ambitus enim convexi Cœli Solis continet 24. milliones & trecenta sexaginta milla milliarium, quæ si in 24. horas dividas, invenies numerum dictum, & paulò ampliùs.

Huic Planetarum velocitate lubet addere *Tempus*, quod non minùs velox est, quàm ipse motus cœli, seu primi mobilis; Tempus enim velociûs fertur, quam sagitta aut globus tormento æreo excussus: hic namque egeret 40. dierum spatio ad hoc, ut totum terræ ambitum obiret, quem stella unâ horâ obit bis millies. Noli ergo dormire, dum tempus tuum volat.

5. *Longitudo quarundam Regionum.*

Germania (cujus centrum dicitur esse Urbs Moguntina) habet in longitudine milliaria 210. in latitudine 135. in circumferentia 690.

Hispania numerat in longitudine milliaria germanica 187. in latitudine 156. in circuitu 687.

Gallia complectitur in longitudine milliaria germanica 115. in latitudine 127. in ambitu circiter 485.

Italia habet in longitudine milliaria Italica 720. in latitudine 260.

Hungaria habet in longitudine milliaria germanica 60. & ferè totidem in latitudine.

Polonia occupat à finibus Silesiæ, ad terminos Moscoviæ usque 120. milliaria; nec minùs ab ultima Livoniæ parte, usque ad fines Hungariæ.

Bohemia longa latàque est 40. milliaribus germanicis. Est regionum Germaniæ altissima; unde nulla flumina ab extrinseco eam ingrediuntur: multa verò ex ea in adjacentes terras profluunt.

6. Circumnavigatiò universæ terræ.

Veteribus quidem Columnæ Herculeæ pro ultimo termino navigationes erant; adèòque iis antiquitas hoc lemma: *Non plus ultra*, superscribi curaverat; at verò nostris seculis non tantùm has prætergredi, sed universum etiam terrarum orbem circumnavigare non semel licuit. Franciscus *Dracus*, natione Anglus, an. 1577. intra 2. annos & 10. Menses totum orbem circumnavigavit. Thomas *Candischius*, Anglus, an. 1586. intra 2. annos & 5. hebd. Georgius *Spiegelberg*, natione Belga an. 1614. intra 2. annos. Wilhelmus *Schout* an. 1615. intra 2. annos & 18. dies.

7. Multitudo hominum in universo orbe.

Isaacus *Vossius*, ultra 500. milliones hominum in orbe universo non numerari putat. At Erhardus *Weigelius*, insignis ille Mathematicus,

cus., longè aliter sentit, nec dubitat, quia
)00. milliones hominum in eo habitent;
ımque hominum multitudinem hôc modô
:censet.

ı Germania circiter — —	20. Million.
ı Hispania — — —	10.
ı Gallia — — —	20.
ı Italia — — —	11.
ı Britannia — —	4.
ı Belgio — — —	4.
ı Dalmatia & Græcia —	10.
ı Macedonia, Thratia &c.	6.
ı Polonia, Lithuania & Pomerania — — —	6.
ı Dania, Suecia, Norvegia & Livonia — —	8.
	99. Million.

**Europæ unus adhuc millio non immeritò addi potest, & sic:*

ı Europa — —	100.
ı Asia — — —	500.
ı Africa — —	100.
ı America — —	300.
In orbe universo	1000. Million.

8. Multitudo Militum.

Josaphati, Regis Juda, exercitus constabat nillibus 1160000. hoc est, uno millione, & 60. millibus; & tamen major contra eum rat exercitus *Amonitarum* & *Moabitarum*.

A. 891. ante Christum, *Asa*, Rex Juda, cum 80. millibus pugnavit contra Zarum, qui

decies centena millia hominum numeravit in suo exercitu.

Xerxes, Persarum Rex, dum transiit in Europam contra Græcos, numerabat 2317610. nempe 2. milliones & 317. mille: ac 616. milites.

Darius, Rex Persarum, quando victus est ab Alexandro Magno ad Issum Urbem, 500. millia militum habuit. Occubuere in hoc certamine 130. millia Persarum.

Romanorum contra Gallos, annô Urbis 329. copiæ habuerunt, 700. peditum, & 70. millia equitum.

Attila, qui *flagellum Dei* se dici passus est, cum suis Hunnis aliisque Barbaris numero 700. millibus inundavit Germaniam. Verùm *Ætius*, egregius Dux, cùm Attila per Noricum in Galliam penetraret, cum copiis suis generosè invasit, ipsùmque dante Deo, triduanâ pugnâ fregit. Cæsa utrinque 180. millia in campis catalaunicis, non ita procul à Civitate Metz. An. 451, motis hinc castris Attila in Italiam irrupit.

Tamerlanes exercitu pedum, 600. millium, & equitum, 400. millium, aggressus est Turcarum imperium. Anno autem 1402. habuit exercitum, 1200. millium militum.

Turca, cùm in Hungariam irrueret, & an. 1683. Viennam gravissima obsidione premeret, habuit ultra 200. millia militum. Fuit tamen à Joanne, Poloniæ Rege, Maximil. II. Bavariæ Electore, & Joanne, Electore Saxo-

niæ,

niæ, non solùm obsidionem solvere coactus, sed totâ etiam Hungariâ pulsus. In hac obsidione occubuêre 70. millia turcarum.

Ludovicus XV. Gallorum Rex, cùm ab an. 1741. usque ad an. 1748. tam in Austria & Bohemia, quàm demùm in Italia & Belgio contra Austriacos bellum gereret, in suo exercitu numerabat ultra 300. millia militum. Res tandem aliquando (DEo sint laudes) pace Aquisgranensi composita est 18. Octobr. anno 1748.

Fridericus, Brussiæ Rex, adhuc hodie, quamvis tota Europa in pacem consenserit, in suo exercitu numerat 200. millia militum. Sed quo fine? tempus docebit.

6. *Egregii Belli Duces.*

Seyfridus *Schweppermannus*, Cæsareus Archistratagus, tantæ erat animositatis, ut tota victoria, quam Ludoicus Bavarus Imp. de *Friderico* Austriaco ad oppidum Müldorff in Bavaria an. 1325. reportavit, ipsi soli adscriberetur. Cùm finitâ pugnâ nihil in castris ciborum superesset, præter paucula ova, jussit Ludovicus singulis ovum porrigi, Schweppermanno vero suo Archistratego ob partam victoriam bina. Is egregius Heros sepultus est in oppido Castel, in Ecclesia quondam Benedictina Palatinatûs superioris, tumulòque inscripta illa Ludovici Imperatoris verba: Jeden Mann ein Ey, dem frommen Schweppermann gebt zwey. Fridericus in hac pugna captus, in Palatinatum superiorem

deducebatur, ibique in Arce Traußnitz, quæ hodie ad D. Baronem de Quentl, Prætorem Schwandorffensem, spectat, includebatur.

Belisarius, Justiniani Imper. Belli Dux, Africam, Sardiniam, Corsicam, aliásque Regiones & Insulas Cæsari subjecit. Is tam gloriosus Heros, de toto Romano Imperio optimè meritus, ob suspicionem, ac si etiam cum aliis in necem Imperatoris conjurâsset, adeò fuit depressus, ut non solùm an. 561. omnibus bonis & indignatibus exutus, sed insuper fuerit excœcatus; atque adeò coactus, in aliquo tuguriolo à prætereuntibus petere stipem. Ex eò clamâsse fertur: *Date obolum Belisario, quem virtus extulit, invidia depressit.*

Georgius Scanderbegus, Epiri Princeps, & Turcarum Terror, qui an. 1466. obiit, insigni corporis robore præditus, gladium habuisse fertur, quo unico ictu Turcas transversim dividere, & integros eorum artus detruncare solebat. Mahometes, Turcarum Imperator; etsi hostis ejus acerrimus, gladium hunc videre desiderabat; quo submisso nemo in aula Turcica commodè uti potuit. Conquerenti Imperatori, ac si Scanderbegus adulterinum submisisset gladium, respondit: Gladium quidem meum tibi misi, non verò meum brachium.

Hermanus Lib. Baron de *Rusvvorm*, natione Germanus, egregius Belli Dux, septem Germanorum militum millibus stipatus, tanta animositate aggressus est Turcas, ut 50. millia

lia eorum in fugam egerit. Id contigit in Hungaria prope Budam, Ofen, anno 1603. Rusworiniana. Nobilitas hodiedum floret tum in Franconia, tum in Neo-Palatinatu in amoenissima Arce Ettmansdorff, prope civitatem Schwandorff.

10. Occupationes Principum.

Sarochus, Tartarorum Rex, Magni Tamerlani filius, ut gravioribus curis defatigatum animum relaxaret, sagittas in usum arcûs, flagelláque manu sua conficiebat.

Atheas Scytharum Rex, suum ipse equum pectebat, fricabat, insternebat; cùmque à Legatis Macedonibus in stabulo hæc agens deprehensus esset, rogavit, num etiam Philippus, Rex Macedoniæ, hujusmodi exerceret?

Abas, Rex Persarum, equos suos ferreis oleis ipse armabat, & exarmabat. Quoties venatum ibat, aut ex urbe in urbem migrabat, aut expeditionem bellicam suscipiebat, semper omne genus instrumentorum fabrium secum ducebat, ut ea, si quando vel habena, vel ephippium, aut phaleræ, aut aliud quippiam sarciendum esset, statim ad manus haberet.

Nero, Romanorum Imperator, musicam & picturam callebat.

Valentinianus, Imperator, venustissimè pinxit, & simulacra, seu cerâ, seu limo dexterrimè fixit.

Gambrivius, Tuisconum Rex VII. Oecono-

miæ studiosus fuit, & primus docuit modum coquendi cerevisiam.

Ptolomæus Philadelphus in mechanicis inventionibus ingeniosissimus, sæpenumero, intermissis etiam seriis negotiis, artificum officinas frequentavit.

Fridericus Austriacus, in arce Trausnitz tanquam captivus, nil nisi sagittas in usum arcûs confecit.

Carolus V. Imperator horologia automata, rotàsque tormentarias subtilissimô artificiô fabricabat.

Rudolphus II. Imperator icones pulcherrimè delineabat, & vultus hominum ad vivum exprimebat.

Albertus IV. Dux Austriæ architectus fuit peritissimus, & in dolandi tornandique arte versatissimus.

Ferdinandus I. Magnus Dux Hetruriæ, gremiali præcinctus, limare aurum, polire gemmas, detergere arma solebat.

Guilielmus, Dux Bavariæ, postquam ditionum suarum regimine se abdicâsset, & Maximilianum filium in locum suum suffecisset: manuariis artibus sese exercebat, & oblectabat. Inter alia confecit horologium ligneum, in quo rotæ ligneæ, clavique ipsi erant lignei; campanulam verò ex vitro conflatam incluserat, quæ non modò horas indicabat, sed etiam dormientes è somno excitabat ficulneo malleolo campanulam leniter percutiente.

11. Na-

11. *Nasuti Principes.*

Numa, secundus Rex Romanorum, sesquipedalem nasum habuit; ideò nominatus fuit Pompilius, quasi dicas, Nasus in superlativo gradu.

Lycurgus & *Solon*, legum Conditores, prægrandem nasum habuerunt.

Omnes Reges olim *Italiæ* fuerant nasuti, excepto *Tarquinio* superbo, qui ideò etiam Urbe & Regno pulsus fuit.

* *Qui habet magnum nasum, cæteris sapientiores sunt, & meliùs exercent animi functiones, quia meliùs excrementa exeunt; unde Homerus nasutus sapiens dicitur.*

Mahometes II. Turcarum Imperator, Vir magni animi, adeò aduncum nasum habuit, ut ejus extremitas videretur labia contingere.

Carolo V. Imperatori nasus in medio clementer assurgebat.

Antiochus, Imperator, cui Accipitris nomen datum est, naso valdè incurvo erat.

Cyrus, Persarum Monarcha, naso Aquilino insignis fuit. Imò olim apud *Persas* mos inoleverat, ut neminem, nisi nasum incurvum habentem, ad imperii dignitatem sublimarent. Putat enim Aristoteles, talem nasi curvaturam animi regalis & magnifici esse argumentum, & ad Aquilam refert; unde & nasus *aquilinus* appellatur.

De quodam, non nasum, sed nasulum minutissimum habente, sic ludit & jocatur M. Antonius Muretus.

Exi-

Exiguum si quis nasum vidisse laborat,
Paulum adeat, Paulo si modò nasus inest
Non etenim est nasus, sed pars centesima nasi
Et quo quis viso dicere possit, ubi est?
Talis inest nasus muscis, sed & his quoque major.
Et meliùs nasi nomine dignus inest.

12. *Viri nobiles, ignobili loco nati.*

Hadrianus VI. Pontifex, antea *Caroli V.* Imperatoris Præceptor, in Germania ex ignobili parente progenitus.

Willigisus, Episcopus Moguntinus, & primus ibi S. R. Imp. Elector, patre Carpentario (Wagner) natus est, qui ob tantam causam in sua anticamera *Rota* inscribi fecit: *Recole Willis, unde venis?*

Lieber Bischoff Willigis,
Deiner Herkunfft nit vergiß.

Lescus II. Rex Poloniæ, simplicis rustici Filius.

S. Ambrosius, exigui Capitanei Filius.
S. Augustinus, pauperculi civis filius.
S. Hieronymus, rustici filius.

Socrates, filius Lapidarii, vulgò Steinmetz.

Pythagoras, filius anularii, vulgò Ringlmacher.

Demosthenes, fabri filius.

Servius Tullius Imperator, vilis ancillæ filius.

Justinianus, pastoris porcorum filius.
Diocletianus, Scribæ filius.

Constantini Magni Imp. mater coqua fuit.
Justinus in juventute pascit porcos, fit fa-
r lignarius, postea miles, tandem Impe-
tor.
Maximus, è Thracia pastor, deinde Severi
mulus, tandem Imperator.
Ottomanus rusticus, postea Turcarum Im-
rator.
Tamerlanes, pastor, postea florentissimus
artarorum Imperator.

13. *Antiqui, & longævi homines ex Sacra Scriptura.*

Adam vixit annis 930.
Eva 940.
Seth 912.
Enos, filius Seth, 905.
Cainan, filius Enos, 910.
Malaleel, filius Cainam. 895.
Jared. filius Malaleel, 962.
Enoch, filius Jared, 965.
Mathusalem, filius Enoch, 969.
Lamech, filius Mathusalem, 777.
Noë 950.
Sem, filius Noë, 600.
**Post diluvium homines ad tam grandem ætatem non pervenerunt, uti ex sequentibus patet.*
Arphaxat, filius Sem, 338.
Sale, filius Arphaxat, 433.
Heber, filius Sale. 464. Ab hoc Patriarcha
nomen Hebræorum fluxit.
Phaleg 239. Hic cùm nasceretur, lin-
guarum confusio contigit.

Re-

Rebu 239.
Saruch 230.
Nachor 148.
Thare 205.
Abram 175.

14. Alii longævi homines.

Paprabana 150. annis vivere dicuntur. *Cyrnii* 140. annis. *Epiorum* gens 200. *Islandia* incolæ sani sunt, jucundi & liberales, diu sine medicina, etiam supra 100. annos vivunt. In felici Arabia passim homines vivere solent 120. *Seres* orientis incolas ultra 300. annos vivere, narrat Lucianus.

In India *Brachmannus* repertus est 300. annorum.

S. Severus, Episcopus Tungrensis, vixit annis 373. agebat enim annum 297. quando factus est Episcopus, seditque annos 76. vixit igitur 373. annis. Hujus ætatis meminit etiam *Baronius* in Martyrologio ad 13. Maji, sed putat rem portentosam.

Quidam in India ex Gangaridium gente (hodie *Bengala* dicitur) vixit annis 335. & filium habuit nonagenarium. Aliquoties illi deciderant dentes, aliis continuò subnascentibus. Barba, quoties incanuit, in atrum denuò colorem, idque paulatim, semet ipsa vertebat.

Nauclerus quidam Stockholmiæ erat centum annorum, qui sponsam triginta annorum adsciverat in matrimonium, quæ aliquod deinde liberorum peperit.

Lau-

Laurentius *Hethlandus* apud Buchananum, :ntum quadraginta annos natus, sævissima yeme piscatum prodibat.

Emanuel *Demetrius*, obscuro loco natus, 03. vixit annos; uxor illius 99. in matrionio explevêre 75. alter alteri tres superixit horas; Delphis ambo simul anno 503. sepulti.

Sub Ernesto, Leodiensium Episcopo, in sius Dioecesi erat Parochus, qui centesiium sui Sacerdotii annum celebravit.

Cùm paucis abhinc annis Proepiscopus ambergensis Dioecesin visitaret, reperit iros quàm plurimos, qui centesimum viendo transgressi fuerant annum.

Non ita pridem Ambergæ in superiori alatinatu civis erat & sartor, nomine *Vindschiegl*, qui, quamvis jam 100. annoum esset, tamen non solùm per Urbis placeas discurrebat, sed & montem altissimum rope Urbem, quem vulgò Mariä-Hülffs-Berg vocant, sine omni difficultate sæpius ascendebat. Vixit 103. annis.

15. *Senes repuerascentes.*

Apud Indos gens est, quæ in juventute canescit, in senectute verò iterùm virescit & nigrescit.

Guilielmus *Postellus* per 15. annos totus omninò canus erat; at in cruda senectute capite & barbâ denigratus.

Tarenti in Italia erat an. 1531. centenarius Senex, qui, etsi pilos, cutem, ungues

ob

ob squalorem ætatis jam perdidisset, tamē iterum ad juventutis florem rediit, & quinquaginta adhuc supervixit annos.

16. *Juvenes maturè canescentes.*

Didacus *Osorius* Hispali, à Rege Catholico in carcerem conjectus, cùm admodum adhuc juvenis esset, unica tantùm carcerationis nocte, præ nimia animi tristitia, totus incanuit, velut seniô confectus.

Cùm Sergius Galba à Nerone ad sedandos Hispaniæ motus missus esset, ad ingressus Provinciam intra ædem publicam sacrificaret, puero cuidam è Ministris acerram tenenti, capillus repente toto capite incanuit.

Cùm *Vipertus* adhuc juvenis in Ravenspurgensem Episcopum fuisset electus, Romamque profectus dispensationis causa super ætate, à Pontifice verò ob juvenilem ætatem rejectus esset; nocte sequenti totus incanuit. Quô visô Pontifex eum confirmavit simul, & dispensavit, addita etiam consecratione.

Franciscus Gonzaga, Mantuæ Princeps, suum affinem ob suspicionem conjurationis, in turri portæ cæsareæ ad quæstionem aut supplicium servari jussit. Id cùm affini annunciaretur, manè totus repente canus factus est. Hôc quasi prodigiô commotus Princeps, ei & veniæ & vitæ fecit gratiam.

Cùm Juvenis quidam aliàs generosus in aula Cæsaris Virginem, quam adamârat, deflorâsset, & in carcerem fuisset conjectus, capite postridie plectendus, tanto animi an-

gore fuit correptus, ut ea nocte ob mortis metum totus squalidus & canus fuerit factus; ita, ut à nemine agnatorum, & ne à Cæsare quidem agnosci potuerit. Qua miserabili ejus sorte Cæsar commotus vindictam mutavit in commiserationem.

• *Ludovicus Severus*, Bavariæ Dux, cùm an. 1256. ob frivolam adulterii suspicionem conjugem suam, nomine *Mariam*, Ducis Brabantiæ filiam, Werdæ Danubicæ (Donauwerth) capite plecti jussisset, confossâ priùs gladiô ejus famulâ, Comitis Brembergensis filiâ, tantâ pœnitentiâ tactus est, ut ea nocte, quamvis primum 27. annorum esset, totus incanuerit. Pro expiatione hujus sceleris commissi monasterium Fürstenfeld in Bavaria construxit, multísque bonis magnificè dotavit.

17. *Homines enormiter barbati.*

Pygmæi olim in India habitantes, comam aluerunt longissimam, ad ipsa usque genua demissam, atque etiam infra, cum barbâ longiore, quàm apud illos hominum; adeò, ut capillos retrò, barbam antè circa corpus colligantes iis pro veste uterentur.

Apud *Chinenses*, quibus rarò plerumque crescit barba, in magna veneratione sunt ii, qui longas ac latas circumferunt barbas. Id non ignorant Europæi, maximè qui Christi Evangelii prædicandi causâ, ad remotissimas illas gentes navigant, unde longissimam, quam possunt, barbam enutriunt.

Sub Urbano VIII. Pontifice, vir quida
natione *Helvetus*, Romana peregrinatio
susceptâ post loca sancta piè ac religiosè vi
tata, admissus est ad osculum pedis ejusde
Pontificis. Is tam longam ac latam ruffi co
loris barbam habuit, ut Pontifex, dum eum
in genua provolutum, humanissimè allo-
queretur, paternitatis titulô, quo *Itali Mo*
nachos compellant, uteretur, ratus *se non*
barbam, sed Monachorum Scapulare videre,
ut ipsemet postea errorem fassus est.

Otto *Wittelspachius*, hodiernorum Bavaria
Ducum Protoparens, longissimam juxta a
latissimam habebat barbam. Is est, qui no-
strum monasterium Ensdorffense cum co-
juge sua Helica, Friderici Castellensis Comiti
filia, an. 1121. fundavit, Quorum vene
rabilia ossa hîc sepulta, in Ecclesiam Majore
honorificè translata sunt à Reverendissim
D. Anselmo I. Abbate nostro an. 1721.

Longobarti nomen adepti sunt à promiss
barba, quam alere ipsis mos erat. Impera
Fridericus I. nominabatur *Ænobardus*, f
Barbarossa, vulgò der Rothbart, ob lon
ruffi coloris barbam. Sic & laici Reli
vocabantur olim *Bartling*, ob prolixam
bam, quam alere solebant.

Augustæ Vindelicorum mulier qua
erat, nomine *Barbara* Urslerin, adeò hir
ut barbam usque ad cingulum prolixam
ret, & ex ipsis etiam auribus longissimi ci
Haarlocken, propenderent.

18. M

18. *Multi Infantes.*

Adam, Præter Abel, Cain & Seth habuit liberos 30.

Jayrus, Judex Iſraëlis, habuit 30. filios.

Roboam habuit uxores 10. Concubinas 30. filios 28. filias 40.

Artaxerxes, Xerxis filius, habuit ex pellicibus 1100. liberos, ex juſto matrimonio 3.

Attila, Rex Hunnorum, 60. liberos.

Herotymus, ex diverſis pellicibus 600. liberos habuiſſe fertur.

Gedeon, Judex Hebræorum, 70. filios habuit, quos omnes Abimelech occidi fecit.

Barnabas, Vice-Comes in Italia, 39.

Conradus, Moſcoviæ Dux, habuit 89. ex quibus quatuor tantum fuerunt legitimi.

Scilurus, Rex Scytharum, 80. filios.

Babo, Comes Abenſpergenſis in Bavaria, è duabus uxoribus progenuit 32. filios, & 8. filias. Obiit an. 1020. Ratisbonæ ad S. Emmeranum ſepultus.

Hos filios poſtea Henrico II. Imp. obtulit, quos & ipſe cum gaudio excepit, iisque varia honorifica commiſit officia. Unus ex his filiis, nomine *Loybrigus*, qui per totam Germaniam ùt Sanctus honorabatur, in Neo-Palatinatu non procul à Civitate Schwandorff auf der langen Meil (ùt ajunt) ſepultus eſt, ubi paucis abhinc annis Lib. Baron de Spirinck, Dominus à Fronberg, Eccleſiam in honorem S. Sebaſtiani ædificari fecit.

Cambe, mulier heroina, cui cognomen erat *Calcidite*, viro conjuncta, 100. libros enixa est. Unde adagium apud Erasmum: *Tanquam Calcidice peperit nobis uxor.*

Margaritha, Hollandiæ Comes, 360. filios vivos uno partu edidit, qui omnes baptizati sunt. *Annal. Holland.*

Puella quædam longobarda 7. pueros uno partu peperit sub Agamundo *Rege*, quos omnes in piscinam conjecit, unô exceptô, quem Aagamundus in venatione deprehendit in aquis palpitantem, qui ipsius jussu extractus, & educatus, postea in Imperio successit. Lisabonæ mulier quædam 25. annorum uno partu 7. proles masculas edidit an. 1718.

In Germania Mulier uno partu 150. enixa est, ea magnitudine articulis omnibus absolutos, qualis est digitus auricularis.

19. *Eruditæ fœminæ.*

Aspasia, Pythagoræ filia, adeò in arte philosophica profecit, ut à proprio parente nonnulla commentaria ipsi fuerint dedicata, & post parentis mortem Lectoris in Schola munus palam exercuerit, & taliter quidem, ut Socratem ipsum discipulum habuerit.

Baptista, Ducis urbini conjux, excellens in Orationibus & Epistolis scribendis, Romam se contulit, ubi non sine omnium admiratione coram Julio II. Pontifice orationem habuit.

Hil-

Hildega germana, mulier doctissima, scripsit erum naturalium libros quatuor, doctrinâ t subtilitate commendatos.

Triaultia pedissequa, ingenii & memoriæ otibus ornatissima fuit, orationes latino rmone à se scriptas coram summis Ponticibus multoties recitavit; græcæ etiam nguæ non ignara. Orationem ab aliquo el semel tantùm recitatam, totam de verbo l verbum è memoria repetebat; imo. tom librum, à se semel lectum, feliciter memoriæ mandabat. Unde quasi naturæ progium ab omnibus suspiciebatur.

Lucretia Marinella, Veneta: libros vulgat de nobilitate & excellentia fœminarum, ios Joannes de Cartagena scribit, se cum luptate Romæ legisse.

Anna Maria *Schurmannia*, ex nobilibus parntibus Coloniæ nata an. 1607. in Geograia, Astronomia, Philosophia, Theologia, ësi, aliisque scientiis adeo profecit, ut mnes eo tempore doctissimos viros excelltit sicque ab omnibus quasi naturæ miculum haberetur.

Catharina Alexandrina, vera Christianon Minerva, in Philosophia, Geometria & ietorica ad miraculum erudita, 50. Philophos undique gentium excitos ad eam nflictu verborum devincendam, in eas regit angustias, ut ejurato idolorum cultu iristianam fidem amplexi sint. Martyriô ronata est. an 307.

Catharina, Ferdinandi Regis Catholici filia, Henrici VIII. Angliæ Regis conjux, tam docta erat, ut Paraphrasin in Psalmos Davidis, Lamentationes peccatoris, variasque Orationes scriberet.

Catharina Senensis, Ord. S. Dominici, doctrina, & virtute ornatissima, scripsit Dialogos de providentia Dei, Epistolas, Revelationes &c. ac sæpe coram Gregorio XI. & Urbano VI. Summis Pontificibus facundè, ultra quam dici posset, peroravit.

Aretha, Aristippi filia, post obitum patris 25. annis Athenis publicè cum summa laude Philosophiam docuit. In Schola discipulos numerabat aliquot centenos. Conscripsit, ut aliqui volunt, 30 Volumina.

Doctioribus fœminis annumerati meretur virgo illa, nomine *Desingin*, Consulis Ambergensis in superiori Palatinatu filia, quæ non ita pridem in Philosophia, cui operam privatam navavit, talem progressum fecit, ut Theses Philosophicas cum omnium præsentium applausu Ambergæ defenderit.

20. *Auctores multorum librorum.*

Gallenus, Medicorum princeps, scripsisse fertur liberos de re medica supra 400. de aliis discipulis 240.

Servius Sulpitius libros scripsit 180. de Jure Civili.

S. Augustinus scripsit 30. millia.

Origenes scripsit 6. millia.

Alphonsus Tostatus, Doctor Salmanticensis,

Epi-

Episcopus Abulensis in Hispania, qui obiit an. 1454. scripsit 15. Tomos, quamvis 40. tantum annis vixerit.

Theophrastus, Medicus reliquit 300. Volum.

Laërtius, *Chrysippus* scripsit 700. Volumina.

Aristarchus, Grammaticus Alexand. sub Ptolomæo Philometore edidit ultra 100. Commentarios.

Didymus, Grammaticus, scripsit 4. milia librorum.

Zoroastes, de sola Magia 20. centena millia versuum edidit.

Eusebius, Palestinæ Episcopus, infinita volumina edidit, teste S. Hieronymo.

Mercurius Trismegistus scripsit 36. millia librorum, quingentos viginti quinque.

Quia autem vix possibile videtur, quòd unus homo tot libros aut volumina scribere potuerit; hinc censeo (salva tamen aliorum sententia) per tot libros nil aliud intelligi, quam folia chartarum.

21. *Celeberrimi Oratores obmutescentes.*

Demosthenes, Orator celeberrimus, statim in principio Orationis coram Philippo Macedoniæ Rege, obmutuit.

Theophrastus, vir eloquentissimus, coram populo Atheniensi in prologo vocem amisit.

Bartholomæus Sothinus, Famosus, aliàs Orator & Jurista, in Oratione coram Alexandro Pontifice habita nec exordium finivit.

Franciscus Barbarus coram Philippo Duce nil aliud effatus, quàm: *Magnum est nomen tuum, Princeps maximè*, & obmutuit.

22. *Mira celeritas hominum.*

Indi adeò cursu valent, ut cervum integro die insequantur, donec eum lassitudine fessum conficiant.

Scrifontini, in Aquilone populi ipsas etiam feras cursu antevertunt.

Heraldus, nobilis quidam ex Hybernia, deposito pignore, cum quovis equite cursu certabat.

Philonides, Alexandri Magni cursor, uno die 1200. stadia decurrebat.

Puer in Italia octo annos natus, 45. millia passuum à meridie ad vesperum transivit.

In novo orbe in Mexico reperiuntur *Tabellarii*, qui quatriduo leucas 70. absolvunt; unde succedentibus nuntiis, ùt fit in posta, unico die litteræ per 70. leucas deferri possunt.

23. *Mira similitudo inter quosdam homines.*

Mechliniæ Senator gemellos habuit tam similes, ut etiam ipsi parentes deciperentur.

Albertus Magnus vidit gemellos, quibus non modò eadem vox & loquela, sed affectiones etiam animi erant simillimæ, ita ut nunquam soli vellent esse, & altero in morbum incidente, vel ab eodem resurgente, alter quoque incideret, aut resurgeret.

Medardus, Noviodunensis Episcopus, & *Gildanus*, Rhotomagensis Episcopus, fratres Gemelli, uno partu, unóque die nati, uno etiam die Episcopatum adepti, uno defuncti, uno Sanctis fuêre adscripti.

P. Udal-

P. Udalricus *Muffart*, & P. Conradus *Hengen*, ad Scotos Viennæ Ord. S. Benedicti, uno tempore, vitam ingressi, S. Ordinem professi, Sacerdotio initiati, & vitâ exuti sunt an. 1740.

Post mortem Friderici II. Imperatoris venit Lubecam impostor quidam, qui primùm quidem secretò, deinde palam dictitans, se esse Fridericum Imperatorem, & venisse in urbem, quam ipse imperialem creâsset, persuasit credulæ plebi, quod intendebat, ita ut equo vectum ducerent per civitatem. Erat ibi vir industrius inter Proconsules, Henricus Stenecken, qui in legationibus crebrius allocutus Imperatorem Fridericum, multa de persona, multa de statu curiæ ejus cognoverat. Is hominem remotis arbitris de variis interrogare cœpit, qui ad omnia vacillabat. Tandem compertô mendaciô evanuit, nemine sciente, quò abiisset.

Mortuô in prælio adversus Mauros Aldephonsô Rege Hispaniæ, Hispanus quidam, qui ei facie persimilis erat, se Aldephonsum esse finxit, tantâ asturiâ, ut magnus hominum numerus eum putaret esse verum Aldephonsum. Itaque, cùm ob eam rem multi hunc hominem sequerentur, veritus Aldephonsus, qui in regno successerat, ne inde gravius sibi negotium oriretur, comprehendi eum, atque suspendi jussit.

24. *Statura & Species Christi.*

Statura, ut tradit Nicephorus, erat in

Christo mediocris, ad palmas septem extensa, quorum singuli continent 12. pollices Cæsaries erat prolixior, leniter ad crispitudinem declinans, & more Nazaræorum discriminata: barba mediocriter promissa, & in medio bifurcata: facies non rotunda, sed aliquantò longior: frons plana & serena: nasus leni modicoque tractu diffusus, brachia & crura recta.

25. *Statura & Species B. V. Mariæ.*

Statura in Deipara erat quoque mediocris: capillus flavus: oculi acres, subflavi & tanquam oleæ coloris pupillas habentes: supercilia inflexa & decenter nigra: nasus longior: labia florida & verborum suavitate plena: facies non rotunda & acuta, sed aliquantò longior: manus simul & digiti longiores.

26. *Dissimilitudo inter parentes & filios.*

David unius veri Dei cultor eximius erat; *Salomon* verò, filius ejus, ad deos alienos, à mulieribus seductus, defecit.

Salomon vir erat sapientissimus; *Roboam*, ejus filius, stultissimus.

Ezechias Rex fuit sanctissimus; *Manasses*, ejus filius, sceleſtissimus, omnium gentium flagitia imitatus, idola coluit, Magos consuluit, Prophetas occidit.

Herodes Atticus, Sophista, etsi ingenio & eloquentia nulli secundus haberetur, filium *Atticum* habuit adeò hebetem, ut ne prima quidem elementa perciperet.

Cicero, Oratorum Phenix, vir erat abstinentissimus; filius ejus potator egregius.

Theodosius Magnus, Imperator felicissimus & fortissimus, filios duos habuit admodum ignavos, *Honorium* Occidentis, *Arcadium* Orientis Imperator.

27. *Robusti homines.*

In Suecia reperiuntur viri, qui equum aut bovem suis humeris ferunt.

Rodamas, Mantuanus, ungulam equi ferream & funem, quantum hominis est brachium, crassum fregit, ac si minimum filum esset.

Paulus, Bohemus, molam sæpe frumentariam sine adminiculo, imò etiam vas vino plenum, vix currui tolerabile, solus sustulit; armatum quoque hominem dentibus susceptum inter militares choros non intermis sustulit.

Ubercus, de Cruce Mediolanensis civis, equum citissimè currentem, certâ lineâ constitutâ, immobilem detinebat, ne transiliret; humeris quoque suis jumentum frumentô onustum elevabat, ferebátque. Deinde cum se in unum pedem constituisset, altero de terra sublatô, tanta firmitudine persistebat, ut nemo, quantumvis robustus, illum è loco tantillum dimovere potuisset.

In Carniola erat illustris Eques, D. Andreas Eberhardus *Rauber*, Ferdinando II. Imp. à consiliis bellicis, cujus statura 3. ulnas excedebat, fortitudo insolita omnium tunc temporis robustorum hominum vires & robur

bur superabat. Barbam habuit tam prolixam, ut in cinnos circumacta, non tantùm ad pedum plantas proflueret, sed inde denuo mediam versus cincturam corporis reversa ibidem tandem in nodum aut fasciculum colligaretur.

In Bochemia erat puer, alicujus rustici filius, nomine *Jacobus Sima*, qui tertio ætatis annô in tantum staturæ & roboris *excrevit*, ut triturare, & omnia robusti rustici munia peragere potuerit, eodem anno à natura barba ornatus.

In Geldria natus erat puer, qui in quinto ætatis anno bilanci impositus, pondere æquavit 150. libras; corpore quippe tam pingui erat & amplo, ut lumbi ejus cingerentur zonâ sex ulnarum longâ: in brachiis verò ac manibus tantum roboris habebat, ut manu tam fortiter feriret, ac si egisset annum ætatis vigesimum.

In Bohemia Imperatrix Elisabetha, Caroli IV. Imp. Consors, tantæ erat fortitudinis, ut Pragæ an. 1371. in hastiludio quodam plures equorum soleas in conferta aspectantium corona manibus confregerit.

28. *Divites homines.*

In ditione Sultani Babylonici rusticus erat, qui suo sumptu & hordeo pavit 10. millia arietum præter eos, qui in pascuis degebant. Item 10. millia equorum domesticis præsepiis alebat.

In

In orbe novo reperti sunt hodie, qui 8. millia boum alunt.

C. Cæcilius numerata pecunia possedit ad 11. milliones; agrorum vero pretium ad 5. milliones ascendit.

Crassus proventu annuo possedit ex agris præter supellectilis copiam 5. milliones; librarum verò myriades decem, non computatis operarum & servorum lucris.

Civium Romanorum quandoque comperta sunt 600. millia; quorum tantæ erant opes, ut dives non censeretur, qui annuo reditu suis sumptibus legionem alere non posset. Unde *Lucullus*, civis Romanus, ad 25. millia hominum honorificentissimè hospitiô excipere potuit; & tamen 20. millia Civium Romæ erant, qui cum Lucullo de divitiis potuissent certare. Ut non immeritò Constantius Imperator dixerit, se tot Reges vidère Romæ, quod cives.

Inter prædivites *Mercatores* non ita pridem in Germania superiori, & quasi Antesignani censebatur Lazarus *Henkelius* Viennæ, Christophorus *Weissius* Wellæ, Norimbergæ Bartholomæus *Viatus*, Augustæ Vindelicorum *Oesterreicheri*, Francofurti ad Mœnum *Bodekerus* & *Strassius* &c.

Antverpiæ duo erant *Mercatores* tam divites, ut Rex Hispaniæ ultra 6. auri milliones illis deberet.

29. *Homines insigni memoriâ præditi.*

Julius *Cæsar* solebat scribere & legere simul,

mul, advenienti nuntio aures accomodare, tribusque aut quatuor scribis dictare littera eodem tempore ac de summi momenti negotiis. Quod utique sine excellentissimæ memoriæ præsidio fieri non poterat.

Hadrianus Imp. uno eodem tempore scripsit, dictavit, audivit, & cum amicis suis est fabulatus; liberos quoque *lectos statim* memoriæ tradidit.

Mithridates, Rex Ponti, viginti duarum subditarum sibi gentium linguas ex asse calluit, & singulas sine interprete est allocutus.

Cyrus, Persarum Rex, in numerosissimo exercitu omnium militum nomina tenuit.

Muretus scribit, se Patavii novisse hominem, è Corsica ortum, qui 33. millia vocabulorum ordine recto & inverso recitaret.

In Suessionensi urbe an. 1128, puer erat, qui omnem veteris Testamneti historiam rhythmicè retulit; ipsum quoque Evangelium omne, ac quidquid Christus egisset in terris, occlusis oculis veluti ex scripto recensuit; & tamen erat omnium literarum ignarus. *Majol.*

Franciscus Cardulus Narniensis, cùm plura folia conscripta sibi prælegi audisset, mox singula verba recensuit, & recto & converso ordine. Idem fecit Jacobus Critonius, Scotus, adolescens, Venetiis anno 1581.

Joannes Palæstinus, Cœcus, ob excellentem memoriam integros Scripturam libros memoriter scivit, ita, ut interdum legis & Prophetarum testimonia, sæpe historias,

mon-

nonnunquam Evangelia, aut Apostolorum ripta è memoria proferre potuerit.

Simplicius, S. Augustini, amicus omnes ersus ex Virgilio, etiam retrorsum recire potuit è memoria.

Novi & ego virum, nomine *Friesl*, qui hvvandorffi in Neo-Palatinatu Consul & eus Cognatus erat, tantâ memoriâ præ:um, ut Concionem à quodam P. Capucino te 50. annos jam dictam, è memoria reare potuerit; quam ex ore ipsius repetin ipsius audivi an. 1717.

Non minorî ob insignem memoriam famâ lebris est Reverendissimus Dominus Anmus Meiller, dignissimus nostri Monasterii bbas, qui, quamvis ætate jam gravis sit, nnia tamen à pueris vel visu, vel auditu, nel precepta, fidelissimè retinet, obserto etiam loco & tempore; ita, ut omnes, am hospites adventantes, qui ipsum disentes audiunt, obstupescant.

30. *Parvi homines.*

In Nuptiis an. 1568. Monachii celebratis Wilhelmo, Duce Bavariæ, *Nanus* erat, qui egrè armatus, brevi hasta & gladio accta, in artocreate, Pasteten, occultatus, non conspiceretur, & in mensam apposi, fractô artocreatis repagulô erumpens, strictô gladiô saliens, omnibus risum mo & administrationem.

Joannes Cassinon testatur, se Lugduni vise duos *Nanos* cubitalem mensuram non

exce-

excedentes, quorum alter barbam habens promissam, eleganti sat erat formâ.

An. 1630. in Hollandia, non procul à Leyda, *famellam* longitudine ulnæ conspexit Joan. Jonstonus.

Dresdæ in arce Electoris Saxon. ostenditur sceleton Pygmæi, altitudine infra cubitum.

Media India nigros habet viros, *qui Pygmæi* appellantur (inquit Ctesias *Indicus*) eâdem qua Indi cæteri linguâ utentes; sunt autem valde parvi, adeò ut potior pars dimidii cubiti magnitudinem non superet. Horum Pygmæorum 3000. Rex Indorum in suo comitatu habet; sunt enim sagittarii peritissimi.

Albertus Magnus vidit *puellam*, novem annorum, quæ magnitudine unius anni videbatur.

Alexander Magnus, Macedoniæ Rex, parvâ erat staturâ, cervice in alterum humerum nonnihil reclinata. Oculis erat discoloribus, fulvo altero ac velut igneo, altero subnigro. Sudorem ejus ferunt rosam reddidisse odore.

31. *Magni homines.*

In Austria, prope Cremsium, cùm an. 1645. Sueci pro tutela fossam in monte quodam eruerent, ingentis gigantis cadaver repererunt, ejus ossa in varia loca distracta sunt, in ipsam etiam Sueciam, in antiquariis reponenda. Deus ex eodem ablatus, 5. librarum pondus habuit.

in

In Urbe Paquin, Chinensis regni, portarum
:ustodes sunt gigantes 15. pedum. Hujus-
nodi gigantes (ut Melchior Nugnez testa-
ur) Rex Sinarum pro custodia corporis sui
'oo. alit.

S. Augustinus Uticæ vidit gigantis den-
:m molarem, adeò magnum, ut ex illo
entum nostri fieri potuissent.

Cùm villa quædam Patrum Soc. JESU
dificaretur quatuor à Mexico leucis, in
ementis inventa sunt ossa gigantum, &
ens molaris pugno æqualis.

Cùm an. 1511. Maximilianus Imper. ad
ugustam Vindelicorum indixisset comitia,
blatus illi fuit vir tantæ vastitatis & crassi-
ıdinis, ut integrum vitulum, eúmque cru-
um comederit, nec tamen fuerit satiatus.

In Zeelandia nata est *Fœmina* molis corpo-
:æ prorsùs insolitæ, in cujus comparatione
roceri etiam viri pusiones videbantur.
anta etiam virium robore erat, ut bina
olia cerevisiâ refertâ ambabus utrimque
anibus portârit.

In Saxonia in lucem edita est *Fœmina* tam
gentis proceritatis, ut miraculi causâ per
ıtam Germaniam circumduceretur; multa
spectatoribus pecuniæ copia collecta.

An. 1549. In agro Tigurino natus est *puer*,
ıjus præproperum incrementum omnibus
it admirationi; nam cùm sextum ætatis
ınum absolvisset, proceritatem adolescen-
s quindecim annorum æquabat. In quinto

ætatis anno ingentia onera portabat, & antrum instar hominis adulti moderabatur.

An. 1631. in agro Neapolitano in lucem editus est *puer*, qui spacio sesqui anni altitudinem octo palmorum cum proportionata corpulentia superabat; cui proinde duarum nutricum alimentum in infantia non sufficiebat.

Patagones, in America sunt *homines procero* admodum corpore qui unâ buccâ duas carnis aut piscium libras sumunt, & tantum aquæ uno haustu bibunt, quantum duodecim hominibus sufficere posset.

32. *Insignes Edones & Bibones.*

Maximinus Thrax, Imperator, tam edax erat & potulentus, ut uno die 40. imò (juxta alios) 60. libras carnis essitaret, atque totam vini amphoram (Eymer) potaret.

Aurelianо Imperatori in deliciis erat quidam Phago, (Fresser,) qui uno die ad mensam Imperatoris comedit integrum aprum, centum panes, vervecem & porcellum; bibit autem infundibulo ori apposito plus orca. Orca erat vas vinarium amphorâ majus.

Clodius Albinus, Imperator, tantum pomorum comedit, quantum humana non patitur ratio; nam & 500. ficos passarios jejunus comedit, & 100. persica campana, & melones Ostiensis decem, & uvarum lavicanarum pondo viginti, & 400. ostreas (Schnecken) & 100. ficedulas (Schnepfen.)

Qui-

Quidam in Europa Princeps non multis adhinc annis insignem in aula habuit potatorem, qui, quoscunque ad potandum provocaret, vincebat. Sciens hoc alius Princeps, elegit è tota sua ditione bibonem maximum illúmque secum duxit ad convivium à priori Principe institutum; cum ibi poculis & cantharis certaretur, implet prior potator modium vino integrum, propinat alteri potatori, & mox unico exhaurit haustu. Alter potator, contempto tam modico poculô, da moram, inquit, ut probem priùs, num unico etiam haustu, ut tu, evacuare queam, móxque impletam exhaurit: tum posse me video inquit, imple ergo denuò, & vide sis; & cum dicto denuò exhausit, plausúmque tulit.

Alibi robustissimus bajulus, cùm cupam (Kufe) amplissimam musto plenam ad torcular vindemiarum tempore offendisset, multis adstantibus à patre familias petiit, liceret sibi os immergere, ac quantum luberet sorbere. Obtentâ veniâ tantùm hausit unica continuata sorbitione, ut notabiliter in cupa mustum defecisse appareret.

Piget hic plura exempla, quæ de bibonibus occurrunt, addere, quia præsertim apud Germanos adeò frequentia sunt, ut admirationem non ampliùs mereantur. Et quamvis immoderata bibendi consuetudo ad haustus æquales sub pœna sit prohibita, tum Jure Canonico, *c. à crapula 14. de vit. & honest.*

cum etiam lege civili in Comitiis Augustæ anno 1500. & annis 1512. 1530. 1548. ip tamen durantibus Comitiis istæ prohibitiones, factis contrariis oppressæ, imò ludibrio habitæ sunt, dum auditæ fuerunt illæ Nobilium voces: *Propino tibi in sanitatem Constitutiones Imperiales de ebrietate vitanda.* Es gilt eins auf des Reichs-Abschieds-Gesundheit. Cúmque Ratisbonæ in Comiciis *multi* Germani compotationibus extinguerentur. Carolus V. Imperator de tollendo hoc abusu ab Hispanis interpellatus, respondit: *Tam mihi erit difficile claudere Germanis ora, ne se inebrient, quàm constringere Hispanis manus, ne furentur.*

33. Homines, sine cibo diu viventes.

Erat olim, teste Plinio, ad extremos fines ab Oriente circa fontem Gangis *Astomorum* *gens* sine ore, halitu tantùm atque odore vivens, quem naribus trahebat. Quæ, si vera sunt, fatendum est, illos populos perpetuam ab omni cibo abstinentiam servâsse.

Fuit olim, teste Aristotele, quidam homo, qui quoad vixit, neque manducavit unquam, neque dormivit, sed tantùm in Sole manendo alimentum accepit ex aëre.

Sub Friderico II. Imp. Coloniæ in Germania fuit *Fæmina*, quæ sine cibo dies quandoque 20. sæpe & 30. transmisit. Virum quoque melancholicum se vidisse testatur Albertus Magnus, qui sine cibo 7. hebdomadas perseveravit, alternis tantùm diebus aquam exsorbentem.

In Hispania, ùt Cælius Rhodiginus testatur, *puella* erat, quæ comedit nihil, ac haustu tantum aquæ ad multos annos protraxit vitam.

Sacerdos quidam, ùt Hermolaus refert, solô aëris inspiratione per 40. annos vivebat.

Anno 1460. *Nicolaus* Helvetius Underwaldensis, post susceptos ex conjuge quinque liberos, cùm haud longè à pago solitariam vitam ageret, per 15. annos, nec cibum gustavit, nec potum; tandémque è vita discessit. Dum adhuc viveret, Constantiensis Episcopus, in cujus Diœcesi degebat, ad eum profectus, diligenter rem perquisivit, verámque inventam litteris commendavit.

Puella quædam germana integro biennio: *Fœmina* alia in Cormandia 18. annis sine cibo vixit. Venetiis verò repertus est, qui 46. annos jejunus transegit.

34. *Homines fame vexati.*

Apud *Germanos* An. 849. universos populos fames vexavit, ita, ut Patres proprios filios ad sylvas dolo ducerent, & ex illorum necibus sibi cibos pararent.

Apud *Anglos* sub Rege Guilielmo tanta grassabatur fames, ut aliqui ad extremam inopiam redacti, vicinorum pueros rapuerint, & devorârint.

Sub Totila *Cives Romani* tanta fame fuerunt agitati, ut sibimetipsis non parcerent, sed in propria membra sævirent.

Sub Justiniano, Imp. *duæ mulieres* 17. hominum cadavera, quos dormientes occiderant, præ fame absumpserunt.

In *Samaria*, à Syris oppugnata, tanta erat fames, ut caput asini veniret 80. argenteis & quadrans cadi stercoris columbarum (quo pro sale utebantur incolæ) argenteis quinque; imò matres proprias proles improbâ gulâ coctas absumpserint.

Jerosolyma, cùm an. 72 à Vespasiano obsidione premeretur, tam ingentem patiebatur famem, ut non solùm coriô bovino stercore, aliisque indignis vesci in deliciis habuerit, sed & mulierum aliqua summet filiolum gulæ & rabidæ fami destinârit.

35. *Melancholici.*

Studiosus quidam malancholicus putabat, nasum sibi ita excrevisse, ut undequaque impingere sit veritus. Hunc Medicus curavit, cultrum naso applicando, & mox frustum carnis, quod sub manibus absconderat, ostendendo.

Quidam putabat, se factum vas figulinum, atque adeo collisionem præcavens, cedebat obviantibus.

Alius opinabatur, se esse milii granum (Hirs-Körnlein) atque adeò omnes fugiebat gallinas, timens, ne ab iis devoraretur.

Alius capite se carere putabat, idque sibi ob tyrannidem abscissum. Hunc Medici curârunt, plumbeô pileo repente impositô

Alius

Alius credebat, se esse mortuum. Quem Medicus curabat, collocando in lecto ponès ægrum aliquem servum, qui fingens se mortuum, omnia devorabat, quæ ori ingerebantur.

Quidam vir magnæ authoritatis, vitreum se esse putans, in omnibus aliis magno cum judicio discurrebat, hoc solùm rogabat, ne quis propiùs accederet.

Alius putabat, se esse lateritium (Ziegel) atque adeò omnem potum respuebat, ne liquore dissolveretur.

Alius pedes vitreos se habere putans, timebat progredi, ne rumperentur pedes.

Ferrariensis quidam putabat, se ex butyro compactum, nullo pacto volebat igni appropinquare, ne colliquesceret.

Senensis quidam urinam mittere timebat, ne totám Urbem diluvjô submergeret. Hunc Medici curârunt, fingentes urbem incendiô correptam esse, ac proin rogantes, ut huic incendio extinguendo suæ urinæ copiam emitteret.

36. *Homines defectuosi.*

Circa insulas Scythicas in Ponto est gens, teste Plinio, quæ tam grandes habet aures, ut tota ipsorum corpora iis conteg antur.

Apud *Indos*, ùt Solinus narrat, homines nascuntur monoculi, id est, unum oculum habentes in medio frontis.

In *Tartaria*, ut Majolus testatur, reperti

 sunt

sunt homines, unico in pectore brachio, unicoque cruce ac pede præditi, qui tamen sagittariorum officium bini & bini implent, dum alter arcum tendit, alter sagittam vibrat.

S. Augustus testatur, in Æthiopia se vidisse homines, oculos in pectore habentes.

An. 1478. Romæ, ut Novellæ tradunt, natus est infantulus, 4. manus & 4. pedes habens, qui mox, suscepto baptismatis fonte, è vita discessit.

An. 1646. In vivis adhuc erat ad lacum Æronianum vir probus, qui è vacca natus erat.; nunquam visus est ridere. Cùm causam mœroris rogaretur, cum gemitu respondit, meminisse se, unde sit natus, quæ recordatio ridere prohibeat. Ita *Schirmbeck*.

Alibi, ut idem *Schirmbeckius* testatur, *Monachus* è vacca natus, vir cæteroquin prudens erat, nisi quòd singulis mensibus certo tempore furore correptus, in horto manibus pedibùsque reptaret, atque gramen instar vaccæ carperet.

Vir Religiosus, & optimis moribus imbutus, in publico valdè moderatus & modestus; cùm verò se solum sciret, remotis arbitris capræ instar saltavit & cucurrit, causam rogatus, respondit, se capræ lacte esse enutritum. *Engelgr.*

In Helvetia puer natus est sine manibus & brachiis; qui tamen an. 14. ætatis pleraque omnia suis pedibus peragebat. Organum

di-

igitis pedum scitissimè pulsabat (idque P. Georg. Stengelius an. 1628. Ingolstadii in convictu se vidisse testatur) pedibus scindebat cibos, panem, carnes &c. pedibus ludebat lusum chartarum, miscebatque earum folia: vinum uno, altero pede cantharum tenens, sibi infundebat: eleganter pedibus scripsit: acum filo induxit, citiùs sartore & sutore nevit. Pedibus denique per arundinem hausit tabacum, aliaque plura hujusmodi Themata exhibuit.

Nicasius de Werden ex Brabantia, tertiò ætatis annô utrumque oculum amisit. Hic cæcus è solo auditu adeò profecit in studiis, ut Magistri Philosophici gradum, Theologiæ licentiam, Juris utriusque doctoratum obtinuerit, atque in Coloniensi Universitate Jus Canonicum & Civile docuerit. Diu concionatorem egit, & alienâ usus manû, Institutiones, & super libros sententiarum multa scripsit & in lucem dedit. Obiit hic vir Coloniæ an. 1492.

Paucis abhinc annis homo quidam mancus, videlicet absque manibus & brachiis, per totam ferè Germaniam pervagatus est, qui collo & meatu gladium vibrare, hastilia ejaculari, & alia multa mirâ dexteritate, & ita certò didicerat, ut à proposito scopo rarò aut nunquam aberrare solitus sit.

Diodorus, Stoicus cœcus, non modò Philosophiam ac Musicam, sed & Geometriam didicit; & hanc ultimam quoque (quod vix

credibile videtur) docuit, præcipiens discipulis, ubi, unde, & quò linea esset ducenda.

Didymus Alexandrinus, Præsul Cæsareensis, à pueritia cœcus, Dialecticam, & Geometriam, teste Ruffino, didicit; nec non Commentaria in Psalmos scripta reliquit.

Joannes Ferdinandus, in Flandria cœcus natus, non solùm Poëta & Philosophus insignis evasit: sed etiam tam insignis Musicus, ut cum maxima audientium delectatione varia genera musica tractaret, atque insuper cantilenas aliquot vocum artificiosissimas memoriter componeret.

Comes *Mansfeldius*, teste Kekermanno, visu destitutus, solo tactu album à nigro discernere potuit.

Bononiæ *Lanio* quidam erat, qui, quamvis cœcus esset, solo tamen tactu belluas mactandas quanti essent ponderis, æstimavit, libellas stateræ numeravit, monetas novit, equitavit, & alia multa ad munus lanionis attinentia feliciter obiit.

37. *Homines certos cibos aversantes.*

Vir quidam nobilissimus, ut *Maranta* testatur, nullum obsonii genus comedere potuit, quod salem habebat admixtum.

Puer quidam rusticanus, ut *P. Schottus* narrat, adeò abhorrebat panem, ut si inadvertenter etiam aliis condimentis obvolutum bolum sumpsisset, statim ad vomitum provocaretur.

Ula-

Vladislaus, Polonorum Rex, sic à pomis abhorrebat, ut ne odorem quidem ferret.

Joannes à Quercetu, Francisci I. Galliæ Regis, Secretarius; pomorum odore atque aspectu adeò turbari solebat, ut statim à convivio abire deberet, si quæ apposita cerneret: & si propius naribus admoverentur, repente sanguis effueret.

Nobilis quidam Vir, fructus quoscunque, maximè melones adeò aversabatur, ut ne odorem quidem eorum absque fastidio & nausea sustineret; & si quando clam domum deferebantur, illicò sentiebat, & ejici confestim præcipiebat.

Vir quidam doctissimus, scriptisque libris celeberrimus, carnem suillam æquè ac angues execrabatur, nec ullos cibos porcinâ pinguedine condiri patiebatur.

Antverpiæ vir erat, qui, quoties mensæ porcellum apponi conspiciebat, statim syncope correptus corruebat.

Puer alicujus illustris Comitis cùm ova comederet, labia tumescebant, & facies purpureis nigrisque maculis conspergebatur, ósque spumâ circumdabatur, ac si venenum sumpsisset.

Rusticus quidam Normanus, nec panem, nec carnes, nec pisces, nec caseum unquam degustavit, sed solis ovis vescebatur.

Petrus Aponensis sic lac abhorruit, ut nec illud comedentes quidem sine nausea aspicere posset.

Fri-

Friderici, Regis Neapolitani, filia, carnes nec edere, nec gustare potuit, adeò, ut si bolum in os sumeret, in vehementissimam incideret syncopen, & horrendo clamore ejularet, in terrámque decidens volveretur, ac tali in symptomate per semihoram perseveraret.

Stephanus Surdaster, natione Hispanus, patriâ Toletanus, adeò omnes abhorrebat pisces, ut, cùm quodam die ab amico ad cœnam invitatus, frustum piscis aliis cibis obvolutum ab amico, se inscio, comedisset, in tantas animi angustias cum vomitu & secessu devenerit, ut parùm abfuerit, quin spiritus eum deficeret, & moreretur.

38. *Homines diu dormientes.*

Sub *Decii* Imp. persecutione An. 250. *septem fratres* sanguine clari, metu tormentorum intra speluncam se abdiderunt. Occlusóque à persecutoribus aditu, annis ferè ducentis usque ad Theodosii Junioris tempora inibi dormierunt; tandémque recluso ostiô evigilârunt, & Romam adeuntes, omnia immutata repererunt. Dicti ab hoc eventu *septem dormientes.*

Juvenis quidam, ùt Krantzius refert, scholasticis disciplinis Lubecæ intentus, secretiùs, ut eò faciliùs dormitaret, se inclusit, nemine sciente. Cùm non appareret: quid de eo esset actum, inquisiêre domestici; at eum non invenientes, arbitrati sunt, clam urbe profectum in patriam.

Elap-

Elapsis septem annis, casu evenit, ut quispiam curiosè scrutaretur, quid concamerato in muro capsa retineret, vidit juvenem dormientem; & cùm ignotus illi esset, graviter concussum excivit de somno.

39. *Noctambulones*, Nachtgänger, *vel vulgò* Brettensteiger.

Galenus narrat, se somnô oppressum confecisse ferè integrum stadium, nec à somno excitatum, priusquam in lapidem impegisset.

Marianus Senensis novit puellam, quæ è lecto cubilique, somno opressa, egredi consueverat, pistoriámque exercebat, nunquam expergefacta.

Pisanus quidam vir in ipso somno sæpe arma corripuit, urbem cantans inambulavit, somnô semper oppressus.

Nobilis quidam, teste *Horstio*, turrim conscendit, nidum avium spoliavit, & per funem se iterum demisit.

Quidam, ut *Alemana* testatur, Parisiis gladiô accinctus, Sequanam fluvium tranavit, eúmque interfecit, quem sibi interficiendum vigilans proposuerat, & patratô hoc scelere, rediit domum.

Juvenis quidam, teste *Jonstone*, è lecto surgens, indutis vestimentis & ocreis, calcaribúsque appositis, super fenestram conscendit, & hinc atque inde divaricatis cruribus, parietem perinde, ac si equus esset, incitavit.

Quidam in puteum descendit, non anteà experrectus, quam gelidam pede attigisset aquam.

40. *Va-*

40. *Varia nomina explicata.*

Cæsaris nomen provenit à Julio *Cæsare*, primo Imperii occupatore. Is verò *Cæsar* appellabatur à cæso matris utero, quando nascebatur; aut, ùt alii volunt, à tot hostibus cæsis; nam præter victorias civiles, undecies centum & nonaginta duo millia hominum præliis ab eo occisa sunt.

Germani suum nomen fortiti sunt à germanicis vocibus Gar-mann: quasi Germani essent viri omni parte consummati; hinc etiam vocabantur Alemanni, id est: Alle Männer.

Reges dicuntur à *regendo*, seu juxta alios, à *rectè agendo*; quia ipsorum proprium est, Justitiam administrare. Reges sumpserunt initium ante diluvium, & quidem à *Cain*, qui post occisum fratrem Abelem incepit civitatem erigere, & Regni speciem constituere; post diluvium verò primus Rex Babylon *Menrod* fuit.

Duces suam Ethymologiam sumunt à *ducendo*, eò quòd olim exercitum ducerent; hinc à Germanis dicebantur Hertzog, id est, der das Heer nach sich zog; Quia tamen etiam sub nomine Heer communitas quandoque hominum significatur, ideò Ducis nomen translatum est ad Principes certis regionibus imperantes; unde *Dux* in genere loquendo is solus dicendus est, qui de Ducatu à Principe summo est investitus, id est, cui Princeps regionem aliquam, quæ Ducatûs nomen habet, concessit in perpetuum.

Com-

Comites latinè à *comitando* dicti sunt, eò quòd olim Cæsarem ubique comitari deberent; Germanicè verò à *judicando*; nam Graff apud Belgas *Judicem* significat. Comites *Palatini* dicebantur â *Palatio*, seu ab Aula; eò quòd Judices essent in Aula; unde germanicè dicimus Pfaltz-Graffen, quod idem est, ac Hoff-Richter: nam Pfaltz, idem ac *Palatium* significat. Hodie Comites Palatini in Imperio clari sunt, Elector Bavarus, Sulzbacensis & Birkenfeldensis; cæteri extincti sunt.

Baro significat virum prænobilem. Ethymologia nominis est incerta. Alii derivant à voce Hebræa *Para*, aut germanica voce *Bar*, quæ idem significant, ac liberum esse; unde fortè etiam germanicè vocantur Frey-herren, eò quòd olim à tributis & legibus soluti, & liberi fuerint. Alii à Freyen derivant, ut *Barones* dicantur, quasi *Frajones*, hoc est, liberi & exempti; alii aliter derivant.

Nobilis nomen variè derivetur; nam aliqui volunt, *Nobilis* idem significare, ac *non vilis*, eò quòd illis maxime conveniat humanitas & mansuetudo. Aliis placet, quòd *Nobilis* sit dictus *non vilis*. Hæc interpretatio & mihi arridet.

Germanica vox Edelmann probabiliter composita est ex voce Adeler & Mann; ita ut idem sit, Edelman ac Adlers-Mann; quia Romanam Aquilam virtute sua ac fortitudine defendere debent. Cæterùm insignis quidam Poëta sic canere non dubitat:

Si.

Si Pater eſt Adam, cunctorum mater & Eva,
Omnes nónne ſumus Nobilitate pares.
Wann Adam Vatter wird genannt,
Und Eva Mutter iſt bekannt;
Was ſuchen wir das G'ſchlecht ſo weit?
Wir ſeynd all gleiche Edelleut.

41. *Copia & multitudo Nobilium.*

Rex Poloniæ, teſte *Weberô*, ex ſolis Nobilibus, qui privatis ſumptibus Regno militare tenentur, 150. millia gravioris & levioris armaturæ militum in aciem educere poteſt.

42. *Homines marini.*

Anno 1403. in Hollandiæ lacu capta eſt *mulier marina*, & in Harlemum urbem delata, quæ filia ducere, & obſequi muliebri more didicit. Nunquam tamen locuta eſt, ſed muta manebat, quamvis multis ibi vixerit annis.

An. 1526. in Friſia captus eſt vir marinus, barbatus, biloſus, qui aliquot vixit annos, ſed mutus.

Apud urbem Sibinicum in Illyrico captus eſt *homo marinus*, qui puerum ad mare trahebat. Is ab accurrentibus, qui rem inſpexerant, lapidibus fuſtibusque vulneratus, in ſolum retractus eſt. Ejus effigies erat penè humana, niſi quòd cutis anguillæ ſimilis fuerit.

Anno 1531. in Balthico mari captus eſt *vir marinus*, & dono datus Sigismundo Regi, qui Epiſcopum inſulis ornatum, corporis habitu quodammodo exprimebat. Idque teſtantur multi magnâ fide viri.

43. *Sta-*

43. *Statuæ artificiosæ.*

Albertus Magnus, magno labore & industria onfecisse fertur statuam, quæ perinde ut omines articulatè loquebatur. Hanc, cùm . Thomas de Aquino in cubiculum ad spe-andam intromissus, loquentem audivisset, ıbita hac locutione perterritus, baculo atum percussit ac fregit. Interrogatus po-ɜa ab Alberto, quomodo statua placuisset? ım S. Thomas dixisset, se eam confregisse, bjecit Albertus: Opus triginta annorum ɔnfregisti.

* *Aliqui quidem, ùt Weberus hic addit, pu-ınt, hujusmodi statuam arte humana confici ɔn posse, eò quòd locutio sit actio vitalis, exi-ɛns immanenter, & ab intrinseco, ac proinde principio vivente (cujusmodi non est statua) ·oduce; sed contrarium, tribus rationibus, ıas videbis apud Weberum, videtur demon-rari posse.*

Norimbergæ fuit aliquando visa statua for-à lupi, quæ per plateas obambulans, tym-num pulsabat, uti ab oculato teste se au-visse testatur Casparus Schottus in Magia ptica.

Panormi in Sicilia apud Abbatem Giezi dit Caspar Schottus, puellarî formâ sta-am citharam concinnè atque harmonicè ılsabat & ad numeros saltabat, per men-n discurrendô, & cantilenâ cum saltu fi-:â, ad circumstantes conversa, eosdem m inclinatione salutabat.

Huic ſtatuæ non abſimilem vidit Adrianus Romanus, formâ puellam referentem, quæ quoque progrediebatur, & ſe inclinabat, erigebat, manum porrigebat, aliaque præſtabat, ut vix à viva puella dignoſci potuiſſet.

44. *Memorabilia Templa.*

Apud *Ravennam*, in littore Adriatici Maris, Templum eſt, quod totum unicô ſaxô tegitur; ita ut latius ſaxum nemo in univerſa Europa conſpexiſſe putetur. Ejus ambitus excedit pedes 100, craſſities 10.

In *Anglia* Templum Cathedrale Eccleſiæ & Civitatis Salisburienſi tot habet feneſtras, quot annus dies: tot marmoreas columnas, quot annus horas: tot portas; quot annus menſes continet.

Feſſa, Urbs Africæ, 700. Templa in ſe complectitur.

Roma olim numerabat delubra ſeu fana idololatria 5400. nunc Templa divino cultui dicata ſupra 300.

Colonia Agrippina tot habet Templa, quot annus dies.

Ratisbona quoque tot decorata eſt Templis & Sacellis, quot annus diebus.

Londini in Anglia reperiuntur Baſilicæ 120.

Conſtantinopolis exornata eſt Templis 5779. è quibus 442. uſui Chriſtianorum conceſſa ſunt.

Templum B. V. Mariæ *Ulmæ* ædificatum eſt ſpatiô centum & undecim annorum.

Pr-

Parisiis Templum B. Virginis 170. Columnis in Sequana fluvio innititur.

Stetini, in Pomerania, Templum S. Nicolai fundatum est super palos alneos, Erlene Pfale.

Venetiis Templum S. Marci, non tam magnitudine & vastitate suâ quàm ornatu incomparabili cætera Ventorum Templa, quorum adhuc 62. spectantur insignia, superat.

Rupella, Urbs Galliæ, Templum habet novum figurâ ovali eô artificiô conspectum, ut auditores, omnes in qualibet Templi parte Concinatorem æquè videre, ejusque vocem percipere possint.

Templum *Mechæ*, in Arabia, (Mechæ natus est Machometes An. 570.) tam amplum est, ut ejus ambitus dimidium milliare germanicum obtineat; & cum quadrangulare sit, quodlibet ejus angulare latus dimidium milliare italicum conficit.

Templum S. Dionysii in *Gallia* tectum habet argenteum.

Templum S. Sophiæ *Constantinopoli* habet portas 100. ex ære Corinthiaco, quibus pulchriores in Orbe terrarum non reperiuntur.

Eichstadii in Templo Cathedrali Hierotheca Monstrantz, (quam Episcopus Joannes Conradus à Gemmingen An. 1611. confici curavit) reperitur, quæ 60. millibus florenorum æstimatur. In ea numerantur 20. libræ auri 1400. margaritæ optimæ: adamantes 350. Rubini 250. &c.

Hispali, in Hispania, invenitur Hierotheca argentea, non nisi ab octo viris portabilis.

In Hispania in Templo *Monasterii Escurialis* estHierotheca ex smaragdo tantâ elegantiâ, tantoque pretio elaborata, ut ei vix similis in toto orbe reperiatur. In fabricam & ædificationem hujus Monasterii Philippus II., Hispaniarum Rex, 20. milliones auri insumpsit. Magnificentia ejus nec Templo Salomonis cedit.

In Templo *Dianæ* Ephesi exstruenda tota Asia 220. annos insumpsit; in quo erant columnæ 127. à totidem Regibus positæ, 60. pedum altitudine, sed Herostratus omnia flammis dedit.

In *Mexico* tantæ amplitudinis Templum fuit, ut 500. domus in eo exstrui potuissent. In ambitu turres 400. prælatas habebat, ex iis 36. erant cælatæ.

In Templo *Jerosolymitano* erant 2000. talenta pecuniæ. Unica trabs auri 300. minas & ultra pendebat. Deserviebant ei 24000. Sacerdotes (alii 44000. numerant, & 8000. Levitarum,) Porta tam robusta erat, ut à 20. viris vix claudi posset, & aperiri.

In *India* Templum visitur, cui ad custodiam 4000 militum perpetuò aluntur.

Templum *Upsalæ* tantæ venustatis erat ut pavimentum, muri, columnæ aurò tectæ, ipsum quopue tectum ex auro confectum fuerit & insuper catena aurea totum Templum ambierit.

45. Me-

45. *Memorabilia Palatia.*

Rex quidam Sinarum Palatium inhabitat, non murîs fultum, sed octo columnis superimpositum, quæ ad pedes 70. assurgunt.

Summus Rex Sinarum Regiam habet, quæ 79. aulas continet, & tantæ Majestatis, ut tota dies absumatur in ipsis aulis, cubiculisque perlustrandis.

Palatium Regis *Zipangu* totum laminis aureis est confectum, uti & omnia Solaria.

Javæ, Majoris Insulæ Regis, Palatium amplissimum est, in illud pluribus gradibus ascenditur, quorum semper alter aureus est, argenteus alter, quod idem etiam in laminis, quibus murus tegebatur, observabatur. Tectum qnoque eximiô aurô compositum erat.

In Regia *Quabacondoni*, cubiculum erat totum ex laminis aureis ita compactum, ut, quocunque luberet, transferri possèt.

Romæ olim tam splendidæ ædes visebantur, ut, cùm Constantius Impeator secum Hormisdam Persam peritissimum Architectum duceret, & suburbii parte maxima pertransitâ quæreret, quid de Roma sentiret? responderit Hormisda, se putare jam dimidium Urbis absolutum propter ædificiorum splendorem; cùm tamen necdum intrâsset illam.

Mantuæ Palatium viridarium habet amœnissimum, in quo est cubiculum tam artificiosè exstructum, ut si duo in ejus medio confabulari conentur, nec sua, nec alterius verba prolata intelligant; cùm tamen alii in

extremitate ſtantes ſingula confabulantium verba accuratè & diſtinctè percipiant.

Mediolani viſu digniſſima eſt Arx, ſeu Caſtrum, *Porta Jovis* appellatum: Opus verè regium, quo in Europa vix eſt celebrius, ob ejus magnitudinem, operúmque ac monumentorum amplitudinem: juſtæ etenim urbis capacitate, vicos, plateas, fora, palatia, fabrorum, omnisque generis mechanicorum artificum tabernas operarias in ſe complectitur, nullius opis externæ indigens.

46. *Celebres Turres.*

Argentoratenſes famoſiſſima Turris, exſtrui cæpta eſt An. Chriſt. 1215. *Vieñenſis* verò Turris S. Stephani An. 1340. Vulgò dicitur: Der Wieñer Thurn iſt der ſtärckeſte; der Landshuter der ſchmähleſte; der Straßburger der höchſte und ſchönſte. Und ob ſchon der Landshuter Thurn 560. Stuffen hat, ſo iſt er doch 81. Fuß geringer, als der Straßburger. An dem Straßburger Thurn bauete man 163. Jahre.

47. *Celebres Campanæ.*

Viennæ in S. Stephani Turri Campana (quam Joſephus I. Imp. An. 1711. confici curavit) centenarios 365. appendit; raró tamen pulſatur. Et hæc omnium campanarum hodie maxima eſt in Germania.

Campana *Erfurtenſis* (quæ in Germania omnium alias maxima erat, hodie autem Viennenſi cedit) fuſa eſt An. Chriſt. 1497. ab eximia artifice, Gerardo Wole. Pondus hujus Campanæ, teſte ipſo fuſore æramentario,

tario, est 252. centenariorum. Ut plenè exaudiatur, & sufficienter pulsetur, à 24. hominibus compulsanda est.

Parisiis Templum B. Virginis campanam habet Erfurtensi fermè parem amplitudine, ad cujus tractum 20. Viri requiruntur.

Campana maxima primarii Templi *Moscoviæ*, centenarios 336. appendit, & pulsatur tantum in summis festivitatibus, atque eo tempore, quo peregrinorum Principum Legati ad audientiam Magni Ducis Russiæ admittuntur.

Lugduni, in Gallia, est campana centenariorum 250. quam 26. viri pulsare solent.

Tolosæ, in Gallia, est campana 500. centenariorum, cujus crassities est 12. spithamarum, peripheria interior 36. pedem.

Rotomagi, in Gallia pendet campana 360. centenariorum.

47. *Raræ aves.*

In Lusatia inferiore, in patria *Sora*, An. 1692. reperta fuit *hirundo* alba, quæ comitissæ à *Promniz* pro raritate fuit exhibita.

Cardinalis Ascanius psittacum habuit, qui perpetua serie recitavit fidei Symbolum latino idiomate, nullo penitùs errore admisso.

Anno 155 . capta est *Columba* in Germania, duplicem habens alvum & quatuor pedes. Ea ad Carolum V. Cæsarem & Imperii Electores allata, omnibus miraculo fuit.

In America reperiuntur *aviculæ* adeò *parvæ*, ut magnitudinem extremi pollicis articuli non æquent, rostrum eis est adeò tenue, ut acus magis exilis esse nequeat.

In Traprobana Insula ita edocentur aves, ut pueros in aëre evehant, incolumesque in terram destituant.

In Helvetiæ montibus candidi, aureique coloris *vultures* reperiuntur, qui in Belgium, Galliam, Hispaniam, Angliamque delati, magni veneunt, eò quòd ad venationes facilè adaptari possint.

In Bohemia, Pilsenæ, civis quidam *coturnicem* aluit, nolâ è collo pendulâ instructam; hæc evasit ex cubiculo, & diu perdita latuit in suburbano horto, donec ejusdem nolæ sonitu prodita fuerit; sed admiranda metamorphosi in bufonem majorem mutata, cum dependente è collo tintinabulo, quo antè instructa erat.

In Agro *Landisbutano* plantulla crescit (vulgò dicta: Das Vögelein im Näst,) cujus supremus vertex *nidulum*, niduloque insistentem *aviculam* tam scitè refert, ut nihil ei desit, nisi vox & motus.

48. *Mirabiles arbores.*

In *Misnia*, Freybergensi in arce, arbor viret, cujus frondes ad tantum spatium se extendunt, ut 365. convivæ sub ejus umbra epulari possint.

In *Bohemia* ex argentifodinis in valle S. Joachimi An 1556. eruta est arbor, in suos ramos pulcherrimè distributa, cujus materia non ligno, sed mero lapide constabat; an eam natura sic ex petra formaverit, vel injectam succus aliquis in petram converterit, dubium est.

In

In *Helvetiæ* sylvis ad Zofingen tantæ molis abietes se in cœlum attollunt, ut pleræque 150. pedes in longitudine adæquent.

In Regno Samara prope Javam minorem *nuces* crescunt, quæ magnitudine suâ humanum caput adæquant, præbentque ex medulla non cibum modo, sed potum etiam perquam sapidum.

In Urbe Cianga *Persica* sunt sapidissima duarum librarum.

In Urbe Quinsai *pira* reperiuntur 10. librarum, & sapidissimi succi.

Basileæ, in sylva, Peters-Wäldlein, annosa quercus in decem ramos, magnis arboribus pares, se diffundit; ni verò non in altum, sed in latum se extendentes, tantam conficiunt vastitatem, ut tribus vastissimis sustentatis columnis, 112. cubitus suo circuitu complectantur. Hujus quercûs umbrâ delectatus est Fridericus IV. Imp. quando cum filiò Maximiliano Basileæ moratus est.

In Wirtembergico Ducatu, *Stutgardiæ* An. 1644. circa finem Junii in horto aulico pyrus erat, quæ fructum (germanicè, eine Langstieler-Birn,) notabilis magnitudinis, facie humanâ insignitum protulit.

In Suevia, *Augustæ Vindelicorum*, dum An. 1656. Arcularius quidam trans Licum arbores in suum usum coëmptas, domi suæ divideret, truncus divisus Sanctissimæ Crucis trophæum, distinctâ figurâ, offerebat.

In *Coloniensi* Archi-Eqiscopatu Hermanus Cuchenhaim, civis Rhenobacensis, hyemi consulturus, fagos aliquot magis juvenes coëmerat, quarum uni dissectæ SS. Nomen JEsu, fusco in nigredinem defluente colore, à natura adpictum erat. In eo loco, ubi hæc fagus steterat, Serenissimus Elector Maximilianus Henricus Sacellum exstrui curavit.

In Franconia ad Mœnum, *Frantofurti* à percelebri medico D. Scheffero repertum est lignum, in quo ordinatissimam stellam cum sex radiis mirè exaratam natura exhibuit.

49. *Mirabiles Montes.*

In *Burgundia* ad annum Christ. 1230. altissimus quidam mons repentè ab aliis avulsus, alio commigravit, ac in valle quadam satis ampla, plura millia hominum ac jumentorum oppressit; cumque per tempus constitisset, ultrà denuò progressus, 5. millia hominum obtrivit, tandem alteri cuidam monti adhæsit.

In *Helvetia*, circa loca *Ivorne* & *Corbire*, ditionis Bernensis, die 4. Martii mons, terræ motu à fundamentis ablatus, & validissimorum ventorum impetu cum ingenti fragore ad distantiam trium horarum maxima celeritate translatus est, qui & loca supradicta miserabili clade, ac multorum hominum & aliorum animalium oppresione affecit, atque omnem latè regionem penitùs ferè devastavit.

Salisburgi Anno 1669. die 16. Julii mons quidam urbi impendens, repentè avulsus, 500. hominum oppressit.

In *Misnia*, propè Zviciam, oppidum, mons carbonum spectatur, qui semper in superficie ardet, decidentibus paulatim fossis, quæ intuentibus apparent instar fornacum accensarum, & adeò calore fervent, ut lignum quatuor etiam pedum intervallo distans accendant.

50. *Vehementes terræ Motus.*

In Austria, Moravia, Carinthia, Helvetia Anno 1348. die 25. Febr. exortus sæviit terræ motus per dies 40. diruit ultra 26. Civitates, cum multis pagis & arcibus.

Vienna in Austria An. 1551. gravi terræ motu agitata est, qui & templum Abbatiæ Scotorum Altare medium disrupit, Turrim S. Stephani multùm convulsit, aliam in ponte versus rubram portam dejecit. Sub ejus mole 7. homines & 2. equi interiêrunt. Nullum fuisse dicitur in civitate ædificium, quod non rimas vel ruinas egisset.

Germaniam universam An. 1068. & rursus 1372. primâ Junii horrendus terræ motus quassavit.

In *Bavaria* An. 1670. *Ratisbonæ* ex terræ motu Danubius, non aliter, quàm fervens aqua in aheno supra ignem posito ebullire, & fluctus crispare visus est.

Basileæ in Helvetia An. 1021. die 12. May, ex terræ motu summum Templum in Rhenum præceps ruit.

Au-

Augusta Vindelicorum in Suevia An. 1603. ingenti terræ motu concussa est, insuper igne cœlesti in turrim pyrio pulvere plenam cadente; cujus strages innumeros homines ruinâ involvit.

Oeniponti (Insbruck) An. 1688. terræmotus adeò sæviit, ut nullum ædificium indemne reliquerit: quorum plura penitus prostrata corruerunt: insigne quoque Ducis palatium, ac collegium S. J. item Ecclesiæ P. P. Franciscanorum & Capucinorum damnis non modicis involutæ sunt.

Umbria An. 1703. ingenti terræ motu concutitur, urbesque plures evertuntur cum strage 15000. hominum.

Tauris, Persiæ urbs, An. 1721. tam vehementi terræ motu concussa est, ut ea cum 300000. hominibus fuerit sepulta.

51. *Vehementes Venti.*

Augustæ Vindelicorum An. 1474. in fine Junii tanta vi sæviebant venti, ut superiore primùm anno exsurgentem S. Udalrici Basilicam diruerint, & in tristem lapidum acervum converterint.

Viennæ in Austria An. 1690. in Novembri die 10. & 11. validissimi venti exorti sunt, qui plura domuum tecta abstulerunt, ædes nonnullas prostraverunt, & naves aliquot in Danubio submerserunt.

In *Franconia* An. 1693. in festo S. Laurentii sub crepusculum vespertinum venti horridi cum ignea tempestate & continuo aëris mugitu

gitu exorti ſunt, qui turres plurimas proſtraverunt, ruſticorum caſas denudârunt, arbores ſine numero radicitùs evulſerunt, caſtris tum Gallorum, tum Germanorum, tentoria mirâ omnium confuſione abſtulerunt.

Moguntiæ ſub Henrico VI. Imp. vehementiſſimus aliquando ventus exortus eſt, qui ſummam illic ædem ſacram adeò violenter concuſſit, ut tectum non tantùm dejecerit, verùm etiam trabes ultra Rhenum Hocheimium difflârit.

In *Superiori Palatinatu* An. 1739. die 4. Julii tanta vi ſeviebant venti, ut quàm plurima horrea diruerint, ruſticorum caſas denudârint, arboresque ſine numero funditus evulſerint.

52. *Pluviæ & grandines.*

Apud *Stutgardiam* An. 1508. Menſe Auguſto extitit immaniſſima imbrium tempeſtas, quæ muros, domos, horrea funditùs abripuit, homines & jumenta demerſit, aliaque quam plurima in vinetis & agris damna cauſavit.

In *Auſtria* An. 1650. die 21. 22. & 23. Julii, continuo nubium mugitu, inſonuit cœlum, & ſæpius repetita grando agros lamentabili ſtrage involvit, homines & pecudes diutiùs extra tecta morantes oppreſſit, aves innumeras ex aëre & arboribus in terram proſtravit.

In *Belgio* Anno 1501. ſanguinea pulvia mirabiliter cecidit, ſiquidem guttæ caden-

tes

tes efformârunt ubivis cruces rubeas, non tantùm in festibus exterioribus, sed & interioribus, & in ipsa hominum cute; comprimis verò in mulierum peplis tales cruces conspicuæ fuerunt.

In Marchia *Brandenburgensi* An. 1580. cùm Germani ingenti fame premerentur, precibus ad Deum fusis, magnâ siliginis *copiâ pluit*, quam cum gaudio incolæ colligentes, optimi sapores panes coxerunt. Plura grana in agros sparserunt, uberrimo inde proventu. Anseres verò, gallinæ, & quæcunque aliæ volucres grana hæc non attigerunt.

Bruxellis Anno 1646. decidit pluvia 6. Octobr. coloris rubri, sapore & acrimonia multùm accedens ad naturam rubri vini.

In *Carinthia* Anno 1550. mense Martio inter Clagenfurtum, & Villacum siligine, sive annona pluit; unde panis optimus confectus est, & Carolo, V. Imp. oblatus. *Thuanus* Lib. 5. pluviam istam refert ad annum 1548.

In *Mechlenburgensi* Ducatu, penes *Malchin*, nubes sanguinem cum fulgure depluerunt, & vox insonuit, quæ frequenter & lamentabiliter; *væ*, *væ*, ingeminavit.

In *Misnia* Anno 1665. die 18. Martii, *Naumburgi* sericô cærulei coloris copiosè pluit, cujus magnam quantitatem nobilis quædam Matrona collegit, & inde pro ornatu Ecclesiæ ad perpetuam rei memoriam honorarium parari fecit. Similiter Rustica quædam

Pa-

Pagi Grässenitz, in campo filum ejusdem ſerici centum ulnas longum collegiſſe, & in glomum convòlviſſe ſcribitur ab *Happelio.*

Anno 1748. in multis Bavariæ & Superioris Palatinatus locis decidit grando inuſitatæ magnitudinis, quæ frugibus omnibus in terram proſtratis, ſegetibus ſolo æquatis, feneſtris atque tectis diffractis, quam plurima damna cauſavit. In quibusdam inſuper locis, maximè Ensdorffii magna nubium moles ex improviſo cœlitus delapſa, prata & hortos penitùs devaſtavit.

Amberga in ſuperiori Palatinatu Anno 1749. tempore hyemali, die nempe 21. Januarii ad noctem ſubitò turbulenta coorta eſt tempeſtàs, ut & cœlum fulguraret, & tonaret. Quod ſanè quid inſolitum eſt.

53. *Ingentes Eclipſes.*

Anno 944. Sol horrendam patitur Eclipſin, eodem die, quo Radamirus, Rex Chriſtianiſſimus Gallaciæ, Abdarum Regem Saracenorum in Hiſpania prælio ſuperavit.

An. 1133. fuit Solis Eclipſis adeò magna, ut ſtellæ in cœlo clarè viderentur; aëris deinde magna inæqualitas & pluviarum inundatio multa ſubſecuta eſt.

Anno 1403. Calendis Januarii inter tertiam & nonam horam, adeò obſcuratus eſt Sol, ut ſtellæ cœli, ac ſi media nocte, ab omnibus in meridie conſpicerentur. Secuta eſt ingens pluvia, usque ad extremos Martii dies.

An. 1485. die 12. Martii immanis erat Solis Eclipsis, quam statim secuta est ingens rerum omnium penuria, & fames.

Anno 1715. die 3. Maji contigit Solis Eclipsis, quâ intra annos quingentos vix major visa est.

54. *Cometæ.*

Anno 678. aparuit Cometa per tres menses, quem paulò post ingens siccitas *subsecuta* est, quæ perduravit trienniô, ita ut nunquam imbribus terra manduerit; post siccitatem verò secuta est maxima pestis.

An. 944. Cometes miræ magnitudinis visus est in Italia, secutæ anno sequenti famis ingentis nuntius.

An. 1000. Cometa terribilis apparuit, qui multos suo terruit aspectu, augurante; diem novissimum, quemadmodum ante plures annos à quibusdam prædictum fuerat, quòd Mundus iste visibilis annô Christi millesimô esset finiendus.

Anno 1004. Cometa longo tempore apparuit, post quem fames per universam Germaniam sævissima secuta est, cujus atrocitate non solum jumenta, sed multa quoque hominum millia interiisse perhibentur.

An. 1146. terribilis apparuit Cometa, secutæ alterô annô pestilentiæ in Germania prodromus.

An. 1301. magnus per dies aliquot apparuit Cometa, multa subsecuta mala, bella, famem & pestem tam hominum, quàm pecorum præsignans.

An.

Anno 1340. Cometa novus observatus est, estilentiæ per Germaniam prænuncius.

Anno 1470. ingens & horribilis Cometa neo colore, in principio libræ rutilans conicitur.

Anno 1545. apud Batavos mense Majo ribilis Cometa lapidis instar molaris appait, cujus æstu rivus alluens totus exaruit.

An. 1618. Cometa ingens, toto propemoım Orbe spectabilis, imminere maximè Gerahiæ visus, diu effulsit. Quem Cometam ınsequebatur funestissimum bellum Sueciım.

An. 1661. Viennæ in Austria Cometa vis est, belli Turcici mox secuti præsagium.

An. 1664. die 15. Decembr. cæptus videri Cœlo ingens Cometes, causâ oblongâ coris plumbei, occasum & septentrionem vers protensa, tardus in principio & fine, vex in medio.

An. 1677. Cometa sub finem Aprilis sub ıscura luce, & tristi comâ, scoparum fasnon absimilis apparuit.

An. 1680. Cometa inauditæ ferè longitunis, ac latitudinis Orbem terrarum terruit.

An. 1682. die 16. August., iterùmque inns Cometa, non multùm à Stellis Ursæ Maris distans, apparuit. Sequenti anno Turcæ iennam gravissima obsidione premebant.

Anno 1743. Mense Decembri Cometa Germania apparuit, qui ubique ferè loırum spectabilis, & ab Oriente ad Occi-

dentem pergens, diu effulsit; & quidem durante bello, quód Ludovicus XV. Gallorum Rex, contra Reginam Hungariæ gerebat.

55. Graves Pestilentiæ.

Anno Christ. 80. Romæ tanta pestis erat, ut quotidie 10. millia hominum perirent.

Anno 253. Pestis cœpit, & 10. annos grassata est in multis terræ partibus. Hâc adhuc diuturnior, quæ Anno 544. ab Ægypto orta, Mundum per annos 50. peragravit.

Anno 590. tempore S. Gregorii Papæ, Romæ tam exitialis erat contagio, ut si quis oscitasset, vel sternutasset, confestim mortuus corrueret. Quæ tandem processione ad imaginem B. M. V. à Gregorio instituta sedata est.

Anno 1006. totum Orbem tam dira pestis infecit, ut præ tædio sepeliendi cadavera, vivi adhuc cum mortuis traherentur.

Anno 1094. Ratisbonæ grassata est pestis, quâ intra tres menses 8500. incolaruum perierunt.

An. 1223. Pestis pecorum permagna, ab Ungaria in totam Germaniam & Galliam pervasit, totóque triennio durans, tertiam partem pecorum interemit.

An. 1315. ex decem mensium pluvâ cùm in Germania neque frumentum, neque alia homini & pecudi necessaria maturescere possent, summâ omnium rerum caritate cœptum est laborari. Denique ingens subsecuta est pestis. Durante hac lue *Colonia Agrippina* perdidit 30. millia hominum, *Trevitis* 12. millia,

ia, *Moguntia* 16. millia, *Spiræ* 9. millia, *Argentina* 13. millia, *Basilea* 14. millia, *Herbipolis* 4. millia.

An. 1348. horrenda per universum penè Orbem pestis grassabatur; adeò, ut tertiam hominum partem extinxerit. Judæorum plurimi hujus mali authores crediti, ac si fontes ubique locorum venenô infecissent, igne cremati sunt.

An. 1435. *Norimbergæ* gravissima pestis sæviebat, quâ 10. millia hominum periêre.

Anno 1634. Pestis Suecicô bellô exorta, per totam Bavariam & superiorem Palatinatum grassata, innumeros mortales, & in sola Civitate Monacensi ad 15. millia sustulit.

An. 1682. in Germania tempore æstatis morbus epidemicus armenta & pecudes invasit, ut si non maturè linguæ earum inciderentur, certis medicamentis adhibitis, intra 24. horas extinguerentur.

An. 1713. *Ratisbonæ* tanta sæviebat pestis, ut magna copia hominum interierit. Durabat hæc lues à mense Julio usque ad Januarium anni sequentis. Eo tempore multa tam in Bavaria, quàm in superiori Palatinatu Sacellæ in honorem S. Sebastiani, specialis Pestis Patroni, fuerunt extructa.

An. 1726. in superiori Palatinatu per magna pecorum grassabatur pestis, qua tertia fermè pars pecorum extincta est. Id quoque contigit An. 1747.

56. *Mirabiles Fontes, & Lacus.*

In Bavaria prope Monasterium *Tegernseense* Ordinis S. Benedicti, fons est, ex quo quotidie guttæ olei effluunt. Putant periti esse bitumen liquidum, quod *Petroleum* dicimus. Vulgô vocatur oleum S. Quirini, seu *Quirin-Oel*; non quòd revera oleum sit, sed quòd liquidâ suâ consistentiâ ad olei similitudinem accedat, tametsi colore magis ad nigredinem vergat.

In *Gruellandia* ad radices montis Vulcani est fons ignitus, cujus aquæ in vicinum Monasterium derivantur ad omnes Monachorum cellas, ut eas calefaciant; cujus etiam aquâ panis, aliique cibi coquuntur.

Francofurti ad Oderam prope Cœnobium Carthusianorum, fonticulus ex colle vitifero promanat, in eum, quidquid cadit, in lapidem convertitur.

In *Dodone*, teste Plinio, fons est apprimè gelidus, qui immersas faces extinguit; extinctas verò accendit.

Prope *Pragam* fons est, in cujus aquâ pisces percocti, licèt multo injecto sale, nihil salsedinis contrahunt.

In *Styria* ex arce Honnavicìensi fons defluit in oppidum; qui hyemis tempore calet; in æstate verò est summè frigidus.

In Bohemia prope pagum *Volpako* lacus est, qui ad injecta quævis mirè tumultuat, & effervescit, tamdiu, donec, injecta rejiciantur.

In *Badensi* Marchionatu lacus est, in quem i lapis, terra vel aliud quidpiam injiciatur, :œlum antea serenum, mox nubibus, imbre x sæva tempestate turbatur, non sine circum- acentium agrorum strage.

In Episcopatu *Tridentino* lacus est, qui ad njecta tonat, & pluvias accersit. Eundem ffectum præstat lacus *Pilati* prope Lucernam Ielvetiorum.

In *Thuringia* penes Mannsfeld lacus extat, ui in superficie innoxii est liquoris? in fun- o verò tanti caloris, ut piscatorum retia rofundiùs demissa, non aliter amburat, uàm si in ignem mitterentur.

57. *Pisces.*

In Imperio Sinico est Provincia nomine *lonam*, ubi reperitur piscis, dictus *Hajul*, oc est, piscis puerulus, qui dum, capitur, ocem pueri lamentantis emittit. Adeps ejus mel accensus, nulla aquâ vel arte amplius ctingui potest.

Ferraria piscina est, cujus pisces ita sunt Iuefacti, ut dato signo campanæ, protinùs ac- ırrant, & uno in loco congreganti cibum ca- ant.

Anno 1497. captus fuit ingens *Lucius* Hecht) in stagno Heilbrunensi 350. librarum, ım vixisset in illo stagno 267. annos. Erát- ıe ille ipse piscis, quem Fridericus II. Im- :rator Anno 1230. cum multis aliis in dictum ıgnum injecit, eisque omnibus annulos ære- , inscripto nomine suo & numero anni cur- ntis indicit.

Fastem piscis est, in cujus ore marina aqu efficitur dulcis, unde dulcedine tali allecti pisces in os innatant, & ab eo deglutiuntur.

In Arotan insula Zeila piscis est, qui astu capi se permittit, verùm capiens mox febri arripitur, nec desinit morbus, donec piscis dimittatur.

Circa Africæ litora in tanta copia pisces volant, ut procul conspicientibus insula quædam videatur.

Abides piscis marinus, cùm senuerit, mutatâ formâ in terram migrat, atque terrestre factus animal, terrâ vescitur, & *Astoiz* vocatur.

In Frisia, ut Albertus Magnus narrat, captus est aliquando *Cetus* tantæ molis corporeæ, ut illius caput à cervice resectum, cùm in terram laberetur, tantum sonum ediderit, quasi grandior quædam ex æneis fistulis onere suo soluta fuisset.

In Hassia inferiore *Carpiones* nonnunquam 30. pondo appendunt. Similis magnitudinis carpiones etiam Moravia & Bohemia protulit.

In Hollandici maris parte Haleces, vulgò Hering, in magna copia capiuntur, quæ ventre versùs summitatem aquarum verso, ita noctu lucent, ut mare quasi fulgura emittere videatur. Lucis sunt multum appetentes; hinc ubi eam nocturno tempore observant, gregatim adnatant, atque hoc lucis admotæ astu in retia pelliciuntur. Extra aquam statim desinunt vivere, nec ulla mora est inter contactum aëris, & exspirationem.

58. Me-

58. *Memorabiles Naves.*

Æthiopes habent naves plicatiles, quas ubi ad ripam venerint, extrahunt, & humeris portant.

In *Orbe novo* ex ossibus Cete naves compingunt.

Leander scribit, se vidisse *Venetiis* naves vitreas, imò & vitreas triremes, parvas tamen, & non ad usum navigandi factas.

Lusitani olim satis diu navibus ex corio usi sunt.

Caligula Imperator navem cedrinis tabulis compegerat, puppim fecerat eburneam, aurô ac gemmis ornatam; erátque hæc navis tanta amplitudine, ut spatiosas aulas contineret, haberétque hortos virentibus arboribus consitos, ubi etiam irrigatione florerent.

59. *Res minimæ artificiosè elaboratæ.*

Helvetius quidam artifex *Rhedam* quatuor equis instructam, Ludovico XIII. Galliarum Regi obtulit, tanta exilitate, ut unguis magnitudinem totum opus non superaret.

Capocius, Pictor Senensis, in utriusque manûs unguibus delineavit, quidquid de Passione Christi tradidêre Evangelistæ: & non res tantùm & actus, sed etiam personas expressit.

Plinius memorat, quendam *Homeri Illiadem* in membrana, quæ nunc concludi posset, scripsisse.

Franciscus Alumnus Symbolum Apostolorum, & S. Joannis Evangelia in spatio, denarii magnitudinem non excedente, distin-

ctissi-

ctissimè conscripsit, magnâ Clementis VII. & Caroli V. admiratione.

Galligrates ex ebore formicas & alia animalia tam parva fecit, ut partes earum à cæteris cerni non possent.

Myrmecides quidam quadrigam ex ebore fecit, quam musca alis tegeret.

Aurifex quidam Africanus Memphis pulicem catenulâ aureâ alligavit.

Quidam in annulli gemma *Phaëtontem*, quatuor equis invectum sculpsit, adeò distinctè, ut singulorum Equorum fræna, os, dentésque anteriores probè discerni, nec non sedecim eorum pedes distinctè numerari potuerint, ea operis subtilitate, ut quemadmodum Galenus, testis ocularis, testatur, crura benè articulata crus pulicis non excederent.

Zeuxis uvas tam affabrè & ad vivum coloribus expressit, ut aves fortè prætervolantes rostris eas peterent.

Apelles, Pictorum omnium summus, Alexandri Magni, fulmen tenentis, simulachrum penicillô ita expressit, ut digiti eminere, & fulmen extra tabulam esse videretur, duos esse Alexandros, unum Philippi filium, nullis viribus superabilem; alterum, Apellis manu expressum, nulla arte imitabilem.

A Jove Principium, cum Jove Finis adest.

IN-

INDEX
SEU
ELENCHUS MATERIARUM,
IN HOC LIBRO CONTENTARUM.

CAPUT I.
AXIOMATA VARIA.

§. 1. Axiomata Communia f. 1.
§. 2. Axiomata Poëtica f. 25.
§. 3. Termini Philoſophici f. 61.
§. 4. Axiomata Philoſophica f. 67.
§. 5. Axiomata Juridica f. 74.
§. 6. Axiomata Theologica f. 86.
§. 7. Axiomata Aſcetica f. 98.
§. 8. Axiomata Polemico-Scripturiſtica. f. 109.
§. 9. Rhythmi Aſcetici f. 112.

CAPUT II.
VARIA SYMBOLA.

§. 1. Symbola Imperatorum f. 117.
§. 2. Symbola Prophetica Summorum Pontificum f. 154.
§. 3. Symbola Prophetica Pontificum ſecuturorum f. 193.
§. 4. Symbola, Emblemata &c. de B. Virg. Maria f. 195.
§. 5. Symbola & Emblemata de variis rebus f. 198.

CAPUT III.

ANAGRAMMATA VARIA.

§. 1. Anagrammata latina f. 219.
§. 2. Teutsche Anagrammata. f. 223.

CAPUT IV.

VARIA PROBLEMATA.

§. 1. Problemata de Homine f. 227.
* *de Partibus corporis humani* f. 227.
de Lacrymis, seu Fletu f. 243.
de Somno f. 244.
de Victu f. 247.
de Potu f. 253.
de Fame f. 258.
de Siti f. 258.
de Somniis f. 259.
de Sternutatione f. 262.
de Oscitatione f. 263.
de Memoria f. 264.
de Juventute f. 264.
de Senectute f. 265.
de Morte f. 266.
de Vita hominis f. 268.
§. 2. Problemata de quatuor Elementis f. 270.
* *de Igne* f. 270.
de Aëre f. 276.
de Terra f. 278.
de Aqua f. 282.
§. 3. Problemata de Meteoris f. 286.
* *de Cometis* f. 286.

de

de Tonitru & Fulgure f. 288.
de Fulmine f. 290.
de Ventis. f. 293.
de Pluvia & Grandine f. 294.
de Nive & Glacie f. 297.
§. 4. Teutsche Problemata f. 300.

CAPUT V.

Chronologica de Rerum Initiis.

§. 1. Initia Rerum in Sacra Scriptura contentarum f. 316.
§. 2. Initia propagationis Fidei Christianæ f. 325.
§. 3. Initia Rituum Ecclesiasticor. &c. f. 350.
§. 4. Initia Regnorum f. 366.
§. 5. Initia Episcopatuum in Germania f. 385.
§. 6. Initia Ordinum Religiosorum f. 396.
§. 7. Initia Urbium f. 402.
§. 8. Initia Academiarum f. 413.
§. 9. Initia Hæresum f. 425.
§. 10. Initia Concilliorum f. 438.
§. 11. Initia Rerum miscellanearum f. 464.

CAPUT VI.

ARTIFICIA VARIA f. 490.
*Andere Kunst-Stücke auf Teutsch f. 498.

CAPUT VII.

ÆNIGMATA VARIA f. 524.
*Aliæ Quæstiones curiosæ f. 528.

CAPUT VIII.

Teutsche kurtzweilige Rätzel f. 538.

CA-

CAPUT IX.

APOPHTEGMATA CURIOSA f. 56

CAPUT X.

Teutsche lächerliche Begebenheiten f. 55

CAPUT XI.

EPITAPHIA CURIOSA f. 622.

CAPUT XII.

OBSERVATIONES VARIÆ f. 6

§. 1. Observationes de Differentiis N… num f. 627.

§. 2. Observationes circa Consuetudines & Mores Gentium f. 634.

§. 3. Observationes Rusticæ circa constitutionem tempestatis f. 649.

§. 4. Observationes Medico-Hortenses f. 659.

§. 5. Observationes circa Medicinas sumendas f. 669.

CAPUT XIII.

VARIA MEMORABILIA.